

## Preface

See the Preliminary comment to Part 1, Book 6, chapters 1-15.

The sources collated for reconstructing 1 Dial. 7-35-41 were:

Tradition *A*: **Bb An Fi Na**

Tradition *B*: **Vg**

Tradition *E*: **We Vc**

Incunabulum: **Ly** (reflecting Tradition *B*)

The reliability (variant convergency accuracy level) of witnesses in the current segment was found to be as follows:

**We**: 83.9% (leading in three previously reconstructed [PR] segments: 6.1-15, 36-50, 7. 35-41,)

**Na**: 83.2% (leading in one PR segment: 7. 52-64)

**Fi**: 81.7% (leading in three PR segments: 6. 51-67, 68-75, 7. 42-51)

**Vc**: 81.4%

**Bb**: 78.3%

**An**: 66.9% (leading in two PR segments: 6. 16-35, 7.65-73)

**Vg**: 64.1%

**Ly**: 62.5%

The comparatively low figures for the frequently reliable ms. **An** in this particular segment were due to many significant homoioteleuton omissions in an otherwise standard tradition *A* text, while those for **Vg** and **Ly** reflected the consistently deviant readings of tradition *B*. The strong corruption of traditions *C* and *D* explains their omission here and their planned omission in future reconstructions, though occasional items might be referenced where deemed relevant. It now seems clear that traditions *A* and *E*, representing the first two posthumous editions of *Dialogus*, are the best and soundest bases for recovering Ockham's intended text.

---

What is most worthy of notice on a substantive level in the segment reconstructed below is Ockham's comprehensive discussion of the qualitative differences in papal doctrinal pronouncements (cf. chapter 37). The wording and development of the arguments downplaying the importance of papal *sermons* compared to *bulls* suggests that a version of this text may have been originally composed prior to the eruption of the Beatific Vision controversy in the winter of 1331-1332. (Cf. Introduction to 1 Dial. 7.65-73, last paragr.) While this "bull above sermon" approach was obviously not incompatible with Ockham's final position, to say the least (after all, heresy was heresy, no matter what the packaging), it would have been psychologically strange to emphasize the point at the height of the polemic storm initiated by *Mementote operum patrum* (1 November 1331) and *Gaudete in Domino semper* (15 December 1331), a storm which lasted for nearly three years and proved a far more dangerous challenge to John XXII's papal tenure than his earlier pronouncements against the established Franciscan theory of Poverty. What the Venerabilis Inceptor may have had in mind in this subsequently re-edited early version were ambiguous statements in such casual sermons as *Gaudete in Domino* (17 December 1329) or *Tulerunt iusti spolia impiorum* (sometime in 1330: cf. OP III, 14.22-26 and note). We will gather as much from our forthcoming reconstruction of the first chapters of 1 *Dialogus* 7.

See also *Fragments of Ockham hermeneutics*, p.113 in context, and *Political Ockhamism*, p. 263.

**George D. Knysh**

**June 2008**



**Capitulum 35**

**Discipulus:** Quia probabiliter estimo quod si unquam aliquis papa futurus  
temporali vallandus potentia, et qui plurimos exaltabit ad ecclesiasticas  
dignitates, rabie inficietur heretica, non solum tertiam partem stellarum, sed  
5 forte mille partes ecclesie militantis trahet cauda sua in abissum heretice  
pravitatis, ut, iuxta sententiam beati Gregorii, tolerabilius tanta mala, si unquam  
evererint, valeamus suscipere, si contra ipsa per providentie clipeum fuerimus  
premuniti, post predicta de consentientibus quod papa assertionem hereticalem  
sollempniter et manifeste diffiniat, volo de christianis diversorum statuum,  
10 officiorum, et graduum, qui doctrine pestifere pape heretici favere valerent,  
interrogare quamplura.

Propono enim inquirere sigillatim de episcopis et prelatis, de doctoribus et  
magistris, de religiosis, de regibus, principibus, et publicis potestatibus, et de  
15 communitatibus, et ultimo de laicis et simplicibus nullam potestatem habentibus  
coactivam.

Incipiendo ergo ab episcopis et prelatis, quorum nomine etiam patriarchas et  
archiepiscopos ac abbates et alios maiores prelatos comprehendo, peto primo ut  
disseras an episcopi et prelati publicantes et divulgantes per se vel per alios  
doctrinam erroneam pape heretici sint fautores pravitatis heretice reputandi.

**Magister:** Circa hoc possunt esse diverse sententie. Una, quod scientes  
20 doctrinam pape veritati catholice obviare, si eam per se vel per alios publicant et  
divulgant sunt fautores heretice pravitatis et heretici iudicandi. Si autem

---

3 potentia] est *added* Fi | qui] quam Vg | plurimos] plurimas Bb | exaltabit] exaltabat An Na  
4 rabie] rabies Bb | inficietur] inficeretur Ly | solum] forte An Na 5 trahet] traheret Ly Vg We Vc  
6 tolerabilius] cellerabilius Bb 7 evererint] eveniunt An Fi Na 8 predicta] predictam An Fi Na  
We | hereticalem] hereticam We Vc 9 diffiniat] diffiniet Vg 10 officiorum] *omitted* Ly Vg Vc  
qui] quomodo Ly | valerent] valeant Ly Vg An 12 enim] *omitted* Ly Vg Na 13 de'...regibus] de  
religiosis, de religiosibus Bb | religiosis] et *added* Ly Vg | regibus] *omitted* Ly Vg  
14 communitatibus] dignitatibus Ly Vg 16 ab] *omitted* Bb | etiam] *omitted* Ly Vg  
17 comprehendo] comprehendendo An Na 18 disseras] discutias Ly Vg | publicantes] principes Ly  
Vg publi<sup>res</sup> An 19 sint] sunt Vg 21 pape] hereticam *added* Na | si] We Vc et Ly Vg Bb An Fi Na  
22 et...pravitatis] *omitted* Na

---

4 tertiam...stellarum] Apocalypse 8:12 6 Gregorii] Gregorius, *Homiliarum in Evangelio libri duo*,  
II, 35, 1, *lectio evangelii secundum Lucam 21:9-19*, PL 76, col. 1259: minus enim iacula feriunt que  
previdentur, et nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hec per prescientia clipeum  
munimur.

nesciunt eam veritati repugnare catholice, non sunt fautores heretice pravitatis nec inter hereticos numerandi.

Primum probatur sic. Illi sunt fautores heretice pravitatis qui scienter heretice pravitati consentiunt, non solum tacendo sed etiam divulgando, et, ut teneatur, doceatur, et etiam defendatur, opem dando. Tales autem sunt episcopi et prelati qui doctrinam predictam pape heretici publicant et divulgant. Ergo sunt fautores heretice pravitatis. 25

**Discipulus:** Nunquid secundum istam opinionem tales censendi sunt heretici. 30

**Magister:** Respondetur quod sunt fautores heretice pravitatis, quia in rei veritate heretice pravitati favent, dando opem et operam ut heretica pravitas doceatur et teneatur. Tamen non sunt heretici, quia corde non credunt doctrinam quam publicant esse veram. 35

**Discipulus:** Quomodo probant secundum.

**Magister:** Probant hoc modo. Omnes fautores heretice pravitatis peccant mortaliter, quia fautoria heresis, cum puniatur gravi pena, puta pena excommunicationis, est peccatum mortale. Qui autem ignorant doctrinam pape esse hereticam, et eam publicant et divulgant per se et per alios, non peccant mortaliter. Ergo non sunt fautores heretice pravitatis. Maior videtur manifesta. Minor probatur sic. Qui preceptum superioris implet quando tenetur non peccat mortaliter. Sed quando nescitur an preceptum superioris sit iustum vel licitum, obediendum est precepto superioris, teste Augustino, qui, scribens contra Manicheos, ut legitur 23 q. 1 cap. *Quid culpatur*, ait: "vir iustus, si forte etiam sub rege, homine sacrilego, militet, recte potest illo iubente bellare, si, vice pacis ordinem servans, quod sibi iubetur vel non esse contra Dei preceptum, certum est, vel utrum sit, certum non est, ita, ut fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi". Ex quibus verbis colligitur quod obediens precepto superioris, quando non est certum 40 45 50

---

23 nesciunt] nesciant Vc | eam...25 sic] omitted Bb 24 nec] sunt added Vc | nec...numerandi] Bb Fi An Na We Vc et heretici iudicandi Ly Vg | numerandi] iudicandi Vc 28 predictam] omitted We Vc | pape heretici] omitted Bb 30 secundum] si An 34 et] omitted Na 36 probant] probatur Ly Vg 37 Probant] probatur Ly Vg 41 manifesta] et added Vg 43 iustum] iustus Fi An | licitum] licitis Fi An 44 qui scribens] omitted Ly 45 Manicheos] qui added Ly | legitur] habetur Ly Vg Quid] Qui Ly 46 rege] et added Ww | militet] Fb Ly We Vc militat Vg Bb An Fi Na | vice] vite Vg 47 certum est] omitted Vc 49 serviendi] Fb Ly We Vc servandi Vg Bb An Fi Na 50 est] omitted Bb An Fi Na

---

45 23...culpatur] c. 4, C. 23, q. 1. col.893

preceptum eius esse contra preceptum Dei, non peccat. Qui ergo publicat et divulgat doctrinam pape quam nescit esse contra catholicam veritatem, non peccat, et per consequens non est fautor heretice pravitatis.

### **Capitulum 36**

**Discipulus:** Aliam sententiam tracta.

**Magister:** Alia sententia est quod omnes episcopi et prelati publicantes et divulgantes sollempniter coram sibi subiectis doctrinam erroneam pape heretici tanquam catholicam et tenendam, sunt fautores heretice pravitatis, sive sciant eam esse erroneam sive ignorent. Hoc per rationem pro prima parte superioris sententie factam videtur aperte probari. Nam qui consentit dando opem et operam ut hereticalis doctrina tanquam catholica doceatur et teneatur est fautor heretice pravitatis. Huiusmodi sunt episcopi et prelati qui per se vel per alios doctrinam erroneam pape heretici tanquam catholicam publicant et divulgant. Ergo sunt aperti fautores heretice pravitatis. Minor est evidens. Maior testimonio Pii pape ostenditur, qui, ut legitur dis. 83 cap. *Quid enim prodest*, ait: "Quid enim prodest illi suo errori non pollui, qui consensum prestat erranti", quasi diceret "nichil". Ergo nichil prodest ut excusetur a fautoria heresis ille qui consentit dando opem et operam ut error pape tanquam catholicus divulgetur.

Secundo sic. Minus peccare videtur qui non resistit errori, quam qui errorem tanquam catholicum publicat et divulgat. Sed qui non resistit errori censetur ipsum approbare, secundum quod per plures auctoritates quarum alique allegatae sunt supra aperte probatur. Ergo multo fortius qui errorem publicat et divulgat tanquam catholicum eundem approbare dinoscitur. Qui autem approbat errorem fautor erroris existit. Ergo episcopi et prelati publicantes et divulgantes doctrinam erroneam pape heretici eiusdem doctrine hereticalis sunt fautores.

---

3 Alia] *omitted* An 4 subiectis] totam tenendam *added* Ly Vg 5 et tenendam] *omitted* Ly Vg 6 ignorent] ignorant Vg | Hoc] hec Ly 7 sententie] *omitted* Vg | aperte] posse *added* Ly | et] vel Ly Vg 8 hereticalis] heretici We | catholica] Ly We Vc heretica Vg Bb An Fi Na | et teneatur] *omitted* Fi 9 Huiusmodi] Sic Ly Vg 10 catholicam] erroneam Vg 11 aperti] approbati Ly Vg | pravitatis] pravitati Vg 12 Pii] Gaii Vg | qui] quia Vg *omitted* An | enim] Fb Ly *omitted* Ww 13 enim] Fb Ly *omitted* Ww | qui] cum *added* An | consensum] consen Vg 14 diceret] dicit Vg We | heresis] heresi Vg | ille] illi Bb Vc 15 et] vel Ly | divulgetur] divulgatur Vg divulgeretur Bb 16 Secundo] *omitted* An Fi | sic] non *added* Ly quod uno *added* Vg | Minus] nimis Bb Vc | videtur] modo *added* Vg | errorem] divulgat et *added* Ly Vg 17 et divulgat] *omitted* Ly Vg 18 ipsum] errorem We Vc 19 supra] *omitted* Ly sicut Vg 20 eundem] errorem *added* We Vc 22 hereticalis] heretici We

---

12 Quid...prodest] c. 4, dis. 83, col. 294 19 supra...probatur] cf. 1 Dial. 4. 25, 1 Dial. 4. 34

Tertio sic. Qui aliis offendicula erroris preparat, est fautor erroris. Sed qui doctrinam pape erroneam publicat et divulgat, preparat audientibus offendicula erroris. Ergo fautor erroris est censendus. 25

Quarto sic. Ille qui doctrinam novam hereticalem pape tanquam catholicam publicat et divulgat, sequitur opiniones falsas et novas. Qui autem sequitur opiniones falsas et novas, non solum fautor heresum sed etiam hereticus est censendus, teste Augustino, qui, ut legitur 24 q. 3 cap. *Hereticus*, ait: "Hereticus est, qui alicuius temporalis commodi et maxime glorie principatusque sui gratia 30 novas ac falsas opiniones vel gignit vel sequitur". Ergo episcopi et prelati, presertim si, ut aliquod commodum consequantur a papa vel vitent incommodum, opiniones falsas et novas pape publicant et divulgant, non solum fautores sed etiam heretici sunt censendi.

Quinto sic. Qui aliis est causa et occasio favendi et adherendi pertinaciter 35 heretice pravitati, videtur esse fautor pravitatis eiusdem, et sibi imputari debet. Sed episcopi et prelati publicantes et divulgantes doctrinam erroneam pape heretici sunt aliis causa et occasio favendi et pertinaciter adherendi eidem doctrine erronee. Ergo taliter publicantes sunt fautores heretice pravitatis, et si alii audientes eidem faverint et pertinaciter adherere presumpserint, 40 publicantibus et divulgantibus imputari debet. Maior patet, quia "ita punitur, qui causam prestat, sicut et ipse faciens", sicut notat glossa Extra, *De homicidio*, cap. *Suscepimus*, quod etiam ex aliis sacris canonibus elicitur evidenter. Quemadmodum enim qui causam dampni vel occasionem dat, dampnum 45 dedisse videtur (Extra, *De iniuriis et dampno dato*, cap. ultimo), ita qui causam aut occasionem peccati dat, peccare videtur. Qui ergo causam et occasionem favendi et adherendi doctrine erronee dat, peccat mortaliter. Tale autem peccatum videtur ad fautoriam vel crimen heresis debere reduci, ergo talis est fautor heresis vel hereticus reputandus.

23 erroris<sup>2</sup>] censendus added Ly Vg | Sed...25 erroris<sup>1</sup>] omitted Bb 24 erroneam] hereticam We Vc 26 sic] omitted Na 27 Qui autem] Sed qui consequitur Ly Vg 29 qui] ait added Vg 30 glorie] vane added Ww | principatusque] cancelled Vg | sui] Fb Ly We Vc omitted Vg Bb An Fi Na 31 ac] vel Ly et Vg | vel<sup>1</sup>] Fb Vg Bb Na omitted Ly An Fi We Vc 32 vel] et Ly Vg vitent] vitens Vg An Fi Na 35 adherendi...38 et<sup>2</sup>] omitted An 39 publicantes] predicantes Vg An We doctrinam erroneam pape heretici added We Vc 40 alii] aliquando Ly | eidem] eisdem Ly Vg illi An | et] omitted Vg 41 imputari] impu<sup>ti</sup> Fi impugnari Bb An Na 42 et] Gl omitted Ww sicut<sup>2</sup>] secundum quod We Vc 43 evidenter] casualiter (?)Vg 44 vel occasionem] omitted Vc occasionem] dampni added We 45 et] de Ly | dato] omitted Vc | ita] ista Fi 47 autem] omitted Vg 49 heresis...hereticus] heretice pravitatis Ly

29 24...Hereticus] c. 28, C. 24, q. 3, col. 998 42 glossa...Suscepimus] Gloss, col. 1704, s.v. utriusque ope 45 Extra...ultimo] X, V, 36, 9, col. 880 (*Si culpa*)

50 **Discipulus:** Videtur quod hec ratio non procedit. Nam secundum  
Augustinum, ut legitur 23 q. 5 cap. *De occidendis*, sepe bonum et licitum potest  
esse occasio mali, et tamen tale malum habenti aut facienti bonum ex quo  
provenit imputari non debet. Ergo quamvis ex promulgatione et publicatione  
doctrine pape audientes faveant et adhereant pertinaciter eidem doctrine erronee,  
55 publicantibus imputari non debet. Aliter enim sequeretur quod nullus deberet  
aliquam doctrinam erroneam coram aliis ad improbandum legere vel etiam  
recitare, quia ex tali recitatione posset contingere quod aliqui audientes qui  
doctrinam huiusmodi nunquam ante audierant, favere eidem inciperent et  
pertinaciter adherere.

60 **Magister:** Ista responsio faciliter, ut nonnullis apparet, refellitur. Nam, sicut  
ex dictis maiorum elicitur, si quis dat operam rei licite et diligentiam debitam  
adhibet, ei minime imputatur si aliquid mali inde acciderit. Et in hoc casu  
loquitur Augustinus in predicto capitulo, dicens: "absit, ut ea, que propter  
bonum ac licitum facimus aut habemus, si quidem propter hoc preter nostram  
65 voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur". Si vero aliquis dat operam  
rei licite et debitam diligentiam non adhibet, si aliquid mali inde acciderit, sibi  
est merito imputandum (Extra, *De homicidio*, cap. *Presbyterum*, et cap.  
*Continebatur*). Et ex pluribus aliis sacris canonibus elicitur evidenter. Cum  
igitur qui doctrinam erroneam pape heretici tanquam catholicam publicat et  
70 divulgat det operam rei illicite et diligentiam debitam nequaquam adhibeat, si ex  
tali publicatione vel divulgatione aliquis favorit vel pertinaciter adheserit  
doctrine erronee pape heretici, publicanti et divulganti non immerito imputatur.  
Secus autem est de illo qui publicat vel legit ipsam et improbat, quia non dat  
operam rei illicite. Et ideo, si aliqui audientes ex malitia propria eidem doctrine

---

50 Videtur] omitted Bb | procedit] procedat Ly 51 23] Fb Ly 24 Ww 52 habenti] herenti vel  
habenti Vc | facienti] faciendi Vg 53 imputari] reputari Vg | promulgatione] provulgatione Ly  
54 pape...doctrine] omitted An | erronee] promulgantibus et added We Vc 55 imputari] reputari  
Vg | sequeretur] sequitur An 57 quod] qui Bb | audientes] audiente Bb | qui] omitted Bb  
58 audierant] audiverant Ly Vg | eidem] doctrine added We 60 responsio] ratio An Fi Na  
61 quis] aliquis We Vc | dat] omitted An Na 62 adhibet] adhibent We | aliquid mali] aliquis male  
Vg 63 dicens] discipulus Vg 64 facimus] faciamus Bb An | aut...hoc] si per hec Ly | habemus]  
Fb We Vc omitted Vg Bb An Fi Na | quidem] quedam Vg 65 cuiquam] Fb quicquam Ww  
(aliquam Vg) | nobis] non Vg | dat] omitted An 66 licite] illicite Ly | mali] male Vg | inde]  
omitted Ly Vg 68 Et] Ly We Vc omitted Vg Bb An Fi Na 69 qui] per An Fi Na 70 det] dat Ly  
Vg Vc | illicite] licite An 72 erronee] heretice We | immerito] merito Vc | imputatur] reputatur  
Vg 73 est] omitted Ly Vg | ipsam] doctrinam erroneam pape We Vc 74 propria] pape vel  
propria Vc | doctrine] omitted Ly Vg

---

51 23...occidendis] c. 8, C. 23, q.5, col. 932 63 in...capitulo] *ibid.* 67 cap Presbyterum] X, V,  
12, 7, col. 796 | cap Continebatur] *ibid.*

erronee favorint vel pertinaciter adhererint, publicanti et divulganti imputari non debet. 75

**Discipulus:** Dic quomodo secundum istam sententiam ad rationem in contrarium factam in precedenti capitulo respondetur.

**Magister:** Ad illam rationem respondetur quod, quando quis implet preceptum superioris de quo non tenetur scire antequam impleat quod est contra preceptum Dei, non peccat implendo. Si autem tenetur scire quod est contra preceptum Dei, peccat implendo, licet nesciat preceptum esse contra preceptum Dei, quia, quantum ad id quod quis tenetur scire, ignorantia non excusat. Prelati autem et episcopi, antequam publicent et divulgent diffinitionem pape, tenentur scire an sit consona vel dissona catholice veritati, nec antequam sciant debent diffinitionem pape aliquantulum publicare tanquam catholicam. Circa enim publicationem auctenticam et solemnem eorum que ad fidem spectant est cautela diligentissima adhibenda, quia, si erratur in fide, nullum bonum, etiam mors pro nomine Christi suscepta, potest proficere ad salutem, et ideo nullus circa causam cuiuscunque maiorem debet adhibere cautelam quam circa ea que ad fidem spectant. Cum ergo nullus episcopus vel prelatus debeat quemquam subditum suum de crimine dampnare antequam diligenter inquisierit veritatem, multo magis nullam doctrinam debet solempniter publicare tanquam catholicam antequam aperte cognoverit quod est consona catholice veritati. 80 85 90

**Discipulus:** Ad episcopos et prelatos non pertinet examinare doctrinam pape sibi sub bulla transmissam, sed tantummodo iuxta mandatum pape eam debent coram subditis publicare. 95

**Magister:** Videtur nonnullis quod hic omnino a veritatis recedis. Nam secundum sacros canones in rebus maioribus est maior inquisitio et examinatio facienda (7 q. 2 cap. *Nuper*). Episcopi autem et prelati, recipientes mandatum pape super provisionibus clericorum et aliis rebus multo minoribus quam sit catholica fides, bullas sibi missas licite examinant diligenter. Quod eis esse 10

---

76 debet] debent An 79 illam rationem] istam Ly Vg 81 quod est] preceptum superioris esse We Vc | est] omitted Bb An 82 preceptum<sup>2</sup>] hoc Ly Vg 84 et<sup>2</sup>] hanc Ly Vg 85 nec] non Fi | sciant] hanc added Ly Vg | debent] debet Fi Na omitted Vg 86 aliquantulum] non debent added Vg 88 bonum] imo added Ly 90 causam] gap An 92 dampnare] condemnare We Vc | inquisierit] inquisiverit Ly Vg 95 et] vel Ly Vg | examinare] omitted Vg (added Vgm) 96 bulla] bullis Ly Vg | transmissam] transmissa Fi | debent] debet An Na 97 coram] eorum Ly Vg 99 sacros] omitted Ly Vg 100 Nuper] Kn (Fb) ultimo Ww | autem] omitted Ly Vg Bb

100 7...Nuper] c. 2, C. 7, q. 2, col. 589. For the adage "*in rebus maioribus... facienda*" see Gloss, col. 847 s.v. Segnius

licitum Alexander tertius asserit manifeste, qui, ut habetur Extra, *De rescriptis*,  
 10 cap. *Si quando*, ait: " Si quando aliqua tue fraternitati dirigimus, que animum  
 tuum exasperare videntur, turbari non debes", et infra: "qualitatem negotii, pro  
 quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum reverenter  
 adimpleas, aut per literas tuas quare adimplere non possis rationabilem causam  
 11 pretendas". Ex quibus verbis colligitur quod licet recipienti mandatum pape  
 qualitatem negotii pro quo scribitur examinare et discutere diligenter. Igitur  
 multo magis, si papa scribit aliquid quod tangit fidem, scripturam suam  
 examinare et discutere diligenter oportet, et, si inveniatur in ea aliquid fidei  
 obvians orthodoxe, est nullatenus publicanda.

**Discipulus:** Forte episcopi et prelati non sunt in divina scriptura excellenter  
 instructi, quare ad eos profunda scripture scrutari non spectat, et ita non debent  
 11 doctrinam pape discutere.

**Magister:** Dicunt nonnulli quod hoc est principium periclitationis fidei in  
 populo christiano constituere episcopos et prelatos scripturarum divinarum  
 ignaros, quia, iuxta sententiam Salvatoris, si cecus ceco "ducatum prestet, ambo  
 in foveam cadunt".

**Discipulus:** De episcopis et prelati non habentibus sacrarum peritiam  
 12 literarum in tractatu De gestis circa fidem altercantium orthodoxam aliqua  
 indagare studebo. Nunc vero, quomodo secundum istam sententiam ad  
 auctoritatem Augustini respondere contingat, expone.

**Magister:** Dicitur quod Augustinus loquitur de militante sub rege sacrilego  
 12 quando non tenetur scire an preceptum regis sit contra preceptum Dei. Si vero  
 miles ignorat preceptum regis esse contra preceptum Dei, et tamen tenetur scire,  
 obediendo peccat. Nam si rex preciperet militi, dicens "interfice istum quia colit

---

103 asserit] allegat An | qui] omitted Ly Vg 104 quando<sup>1</sup>] qui added Ly | quando<sup>2</sup>...tue]  
 aliquando tue We | animum] dampnum Bb An Fi Na 105 exasperare] exeas parere An | et]  
 omitted Vg 106 considerans] Fb Fi We Vc consideres Ly consiliis Vg consideraris Na quod  
 consideraris An | reverenter] reverentur An 107 possis] possit Vg 109 Igitur...111 diligenter]  
 omitted Vg An 110 tangit] tangat We | suam] sacram Ly 111 et<sup>2</sup>] ergo multo magis Vg  
 112 publicanda] publicandum Ly Vg promulganda Vc 114 quare] quia An Fi | profunda]  
 profunde Ly Vg | scripture] scripturarum Ly | ita] ideo Ly Vg 116 fidei] gap An | in...christiano]  
 christiane Ly Vg 118 ignaros] ignaras An Fi | si...ceco] cecus autem si ceco Vulg | prestet] Vulg  
 Ly Fi prestat Vg We Vc prebet Bb An Na 122 secundum] per Ly | istam] omitted Vg  
 124 militante] militatione Bb An Fi Na 125 Dei] omitted Vg dicitur Bb et cum hoc nescit added  
 Ly 126 esse...preceptum] omitted Bb 127 quia] qui Bb non added An

---

104 cap...tue] X, I, 3, 5, col. 18 105 infra] *ibid.* 118 ducatum...cadunt] Matthew 15:14

121 tractatu...altercantium] This portion of the promised study, if written, has not survived.

Deum", miles interficiendo peccaret, quia scire tenetur quod nullus debet interfici propter hoc quod colit Deum.

### *Capitulum 37*

**Discipulus:** Contingitne aliter respondere ad interrogationem meam supra cap. 35 propositam.

**Magister:** Una est sententia que inter predictas sententias aliquo modo mediare videtur, quia distinguit de doctrina erronea papae heretici. Aut enim assertio est explicite condempnata, utpote quia sub propria forma est dampnata vel quia est contraria alicui veritati explicite approbate, qualis est omnia veritas in scriptura divina et determinationibus ecclesie assertive contenta, aut assertio papae heretici est solummodo implicite condempnata, qualis est omnis error qui quocunque scripture divine vel determinationibus ecclesie universalis repugnat, cuiusmodi sunt multe opiniones theologorum, quia circa ea que ad fidem spectant contrarie opinantur, quare constat quod una contrariarum illarum est erronea et heresis saltem implicite condempnata, quia veritas contradictoria est saltem implicite approbata, eo quod omnis veritas catholica quantumcunque latens et multis incognita est per universalem ecclesiam in genere et implicite approbata.

Si assertio papae erronea est solummodo implicite condempnata, divulgantes eam et publicantes tamquam catholicam, obediendo mandato papae qui mandaret quod talis assertio ab omnibus tanquam catholica teneatur, non sunt heretici nec fautores heretice pravitatis nec peccant mortaliter, quia ex quo nec sciunt nec tenentur scire quod talis assertio est erronea non peccant mortaliter eam taliter publicando, quemadmodum theologi non peccant mortaliter docendo et tenendo assertiones que in rei veritate sunt erronee et hereticales, quas tamen non sciunt nec tenentur scire esse erroneas.

Si vero assertio papae erronea est explicite condempnata quia est contradictoria alicuius assertionis que in scriptura divina vel determinatione

---

3 propositam] prepositam Ly proposita An *omitted* Bb 6 assertio] papae heretici *added* We Vc dampnata] condemnata Ly 8 contenta] contempta We | aut...condempnata] *omitted* Vg 9 omnis] *omitted* Vc 10 quocunque] *omitted* Ly *cancelled* Vgb quomodocunque We Vc 11 quia] Bb We Vc qui Ly Vg An Fi Na | ea] *omitted* Fi 12 quare] Ly Vg Na quarum Bb An Fi We Vc 14 approbata] comprobata An 15 latens] latenter Vg | et<sup>1</sup>] *omitted* Vg An | et<sup>2</sup>] etiam Ly Vg 17 solummodo] solum Ly Vg 18 catholicam] catholica Bb | catholicam...31 heresis] *omitted* An | mandato] manifeste Vg | qui] et Vg | mandaret] madaret Bb 19 omnibus] hominibus Vg sunt] solum Vg sunt Vgm 20 quia...mortaliter] *omitted* Ly Vg | nec sciunt] Bb Vc nesciunt Fi Na We 21 non] Bb Na Vc nec Fi We 22 non] nec Bb Fi | peccant] peccat Bb 25 vero] *omitted* Bb explicite] implicite Vc

30 ecclesie sub forma propria continetur, vel patenter omnibus sequitur ex  
assertione talis episcopi et prelati, talem assertionem pape solempniter  
divulgantes tanquam catholicam sunt fautores heretice pravitatis reputandi, quia  
nullam assertionem debent solempniter publicare antequam eis constiterit quod  
non est heresis explicite condempnata, et si hoc non possunt facile scire per  
seipsos, debent consulere peritos.

**Discipulus:** Quid si periti dicunt eis quod talis assertio pape non est explicite  
condempnata, sed est consona veritati.

35 **Magister:** Respondetur quod non debet eis sufficere quod periti hoc eis  
dicant solo verbo, sed debent petere ab eisdem peritis ut eis evidenter ostendant  
quod sit consona catholici veritati. Quod si periti hoc facere non potuerint,  
debent supersedere, et assertionem pape erroneam explicite condempnatam  
nullatenus publicare. Quemadmodum episcopi et prelati, quando considerant vel  
40 etiam dubitant quod mandatum pape est eis prejudiciale, ipsum differunt  
adimplere, et quod adimplere minime teneantur multis et fortibus allegationibus  
probare nituntur. Ergo multo fortius, si non vident quomodo assertio pape est  
consona catholica veritati, mandatum pape super tali publicatione facienda  
implere non debent, sed debent ostendere causas quare tale mandatum implere  
45 non possunt.

Si enim episcopi et prelati, recipientes mandatum pape quod eorum honori  
vel commodo temporali obviare videtur, ipsum non implent, sed cum maxima  
diligentia allegare conantur quod tale mandatum est prejudiciale et ideo  
adimplere non debent, cum vero recipiunt mandatum pape super aliquo quod ad  
50 fidem spectat, et non curant studiosissime per se et per alios indagare an tale  
mandatum deroget quoquo modo honori divino et fidei orthodoxe, sed statim  
absque omni deliberatione, vel absque deliberatione sufficienti, precipitanter  
assertionem erroneam tanquam catholicam publicant et divulgant, ostendunt

---

27 continetur] continentur Bb 28 et] vel Ly Vg Na 29 divulgantes] divulgantis Vg 30 nullam]  
nullis We | assertionem] asserionem Ly | debent] deberent Vc | antequam] eos added Fi Na | eis]  
omitted Fi Na 31 heresis] We Vc heretica Ly hereticalis Vg Bb Fi Na | hoc] hec Bb | facile]  
faciliter Ly Vg 33 talis] omitted Vc 34 condempnata] condempnate Bb | est] assertio added We  
Vc 35 Magister] Nam Vg | quod?] omitted Vg | hoc...verbo] solo verbo dicant eis talem  
assertionem esse catholicam We Vc 37 quod sit] quomodo assertio pape est We Vc | hoc] fateri  
added An | non] omitted Vg Bb An Fi Na | potuerint] poterunt Bb potuerunt Na 38 supersedere]  
super fidem Vg 39 considerant] considerent Fi 40 eis] ei Vc | ipsum] idem mandatum We Vc  
differunt] deserunt Ly 42 si...assertio] We Vc si assertio Ly quomodo assertio Vg quando  
assertio Bb quando assertionem An Na quomodo assertionem Fi | vident] videntur Vc 43 tali] tale  
Vg 44 implere!] adimplere Ly Vg 47 ipsum] idem mandatum We Vc | implent] implere tenentur  
Ly 48 est] eis added We Vc 49 cum] si Ly | aliquo] aliquod Vg 51 deroget] denique An  
52 vel...sufficienti] omitted Ly Vg An

aperte quod que sua sunt querunt, non que Iesu Christi. An enim per mandatum pape aliquid eorum divitiis vel honori depereat diligentissime investigant, sed an per mandatum pape fides catholica destruat penitus non attendunt, et ideo, si diligentiam debitam non adhibent et publicant sollempniter hereticam pravitatem, fautores pravitatis heretice sunt censendi. 55

**Discipulus:** Non videtur licitum indagare an sententia pape super aliquo quod tangit fidem sit consona veritati, quia, si hoc esset licitum, liceret episcopis et prelati de sententia pape super causa fidei disputare. Quod non videtur verum, tum quia secundum Nicholaum papam, ut legitur 17 q. 4 cap. *Nemini*, nulli licet de iudicio sedis apostolice iudicare, et per consequens nemini licet de eiusdem iudicio disputare, tum quia de illius sententia in causa fidei ad quem cause fidei sunt ultimo perferende non est licitum disputare. Ille autem est papa, ergo de sententia pape disputare non licet. 60 65

**Magister:** Ista frivola reputantur. Nam de sententiis iudiciis et literis summi pontificis tota die licite disputatur, et cum sollicitudine maxima examinantur, discutuntur, et videntur.

Quod enim de sententia pape licite disputatur, etiam in dubium revocando an sit iuste lata, probatur. Nam de sententia que potest retractari et in melius commutari est licitum disputare. Sed sententia pape potest retractari et in melius commutari, teste Gregorio, qui, ut habetur 35 q. 9 cap. *Apostolice*, ait: "Apostolice sedis sententia tanta semper consilii moderatione concipitur, tanta patientie maturitate decoquitur, tantaque deliberationis gravitate profertur, ut, nec immutari necessarium ducat, nisi forte sit prolata sic, ut retractari possit, vel immutanda secundum tenorem premissae conditionis existat". Ex quibus colligitur evidenter quod apostolice sedis sententia retractari potest et etiam 70 75

---

54 quod] ea added Ly Vg | An] Ly ne We Vc non Vg Bb An Fi Na 55 aliquid] ab Ly ad Vg | vel] omitted Fi | honori] honore aliquid Ly 56 per] alii Vg | fides] eorum added Ly aliquid eorum added Vg 59 aliquo] aliquod Vc 61 causa] causam Vg 62 tum] We Vc omitted Ly Vg Bb An Fi Na | ut] sicut An | Nemini] Memini Bb Fi We 64 in] et We | in causa] vitam Vg | quem] quam Ly 65 perferende] deferende Ly 67 iudiciis] iudicis Ly Vg 68 et] omitted Vg An | maxima] maxime Fi 70 disputatur] disputetur Ly Vg | etiam] et Na | dubium] dubio Vc | revocando] revolvendo Ly 71 que] pape Fi | in] i-o Fi 72 est...commutari] omitted Ly Fi | disputare] disputari Bb 74 semper] sp Ly Vg Fi Na super An 75 patientie] Fb We Vc patientia et Ly omitted Vg Bb An Fi Na | deliberationis] deliberationes An Fi Na 76 retractari] rectificari We 77 immutanda] immutari si Ly | premissae] premissae An | conditionis] Fb Ly constitutionis Vg Bb An Fi Na We Vc | quibus] verbis added Ly Vg 78 retractari] rectificari We

62 17...Nemini] c. 30, C. 17, q. 4, col. 823 73 35...Apostolice] c. 4, C. 35, q. 9, col. 1284

80 immutari, cui etiam Innocentius papa (causa et questione predictis, cap. *Veniam*)  
 concordare videtur, dicens: "Veniam nunc ad Maximum, quasi ad quoddam  
 thema Fotinum, et (quod michi anxium est ac difficillimum) maiorum meorum  
 revolvam sententias. Fuerat de illo quoquo pacto (ut etiam ipsi commeministis)  
 aliquid utique gravius constitutum. Verum, quoniam id per rumorem falsum, ut  
 85 asseritis, subreptum huic sedi et elicited per insidias demonstratur, quia res ad  
 salutem reddit, veniam hinc tantum vobis annitentibus post condemnationem  
 more apostolico subrogamus, tantisque vestris assertionibus, vobisque tam  
 bonis, tam caris non dare consensum, omnibus duris rebus durius arbitramur".  
 Ex quibus verbis colligitur quod sententia summi pontificis retractari potest.

90 Quod Nicholaus papa, ut habetur sequenti capitulo *Sententiam*, asserit  
 manifeste, dicens: "Sententiam Romane sedis non negamus posse in melius  
 commutari, cum aut subreptum fuerit aliquid, aut ipsa pro consideratione  
 etatum, et temporum, seu gravium necessitatum dispensatione quedam ordinare  
 decrevit", et infra: "quod tamen observandum est quando illa, Romana videlicet  
 95 ecclesia, disertissima consideratione hoc fieri delegerit". Ex quibus colligitur  
 quod sententia Romane sedis potest retractari et in melius commutari, et per  
 consequens licet de tali sententia disputare.

Quomodo etiam super literis et rescriptis summi pontificis tota die coram  
 iudicibus disputatur et etiam litigatur nullus qui sequitur causas ignorat. Ergo  
 licet super sententia pape disputare.

---

79 papa] ut legitur *added* We Vc | et questione] .29. Vg Fi 80 nunc] Fb Ly Bb We Vc non Vg An  
 Fi Na 81 thema] then<sup>a</sup> Vg | quod] Fb Ly We Vc *omitted* Vg Bb An Fi Na | anxium] auxilium Vg  
 Na | difficillimum] diffi<sup>s</sup>co'm Vg | meorum] *omitted* Vg scilicet predecessorum *added* Ww  
 82 sententias] *omitted* Ly hoc est (*om.* Bb) revocabo sententias *added* Ww | pacto] id est aliqua  
 fraude *added* Ly | commeministis] 9mommisti(?) Vg comenistis Vc 83 Verum] rerum An Fi  
 quoniam] *omitted* Fi | id] quod *added* Ly 84 subreptum] sb'm Vg sub rrectum Bb *gap* Na | res]  
*omitted* Bb 85 reddit] rediit Ly We Vc et *added* Vg Bb An Fi Na We | veniam] inveniam Vc  
 hinc] Fb Ly We Vc hic Vg Bb An Fi Na | vobis] nobis Bb | annitentibus] Fb admittentibus Ww  
 86 assertionibus] *omitted* Vg | vobisque] nobisque An 87 bonis] et *added* Vg Bb An Fi Na | tam]  
 quam Vc | non] Fb Ly We Vc et ideo Vg Bb An Fi Na | durius] diurnis Bb ducimus(?) Na  
 88 verbis] *omitted* Ly Vg | quod] *omitted* Vg | retractari] tractari Vg et revocari *added* We Vc  
 90 manifeste] *omitted* Ly | in] *omitted* An 91 aut<sup>l</sup>] ait Vg Bb An Fi Na | ipsa] ipsam Vg Bb Fi  
 Na | consideratione] 9si<sup>ne</sup> Vg sideratione An 92 et] aut Ly Vg | seu] *omitted* Bb | dispensatione]  
 dispensationi Vg dispensatorie We Fi | quedam] quidam Vg Vc 93 decrevit] decreverit Ly We  
 Vc | tamen] cum An | observandum] absmd Vg 94 delegerit] diligenter prospexerit Ly elegerit  
 An Vc | colligitur] *omitted* Bb 97 rescriptis] scripturis Ly 98 iudicibus] iudice Ly Vg 99 licet]  
*omitted* An

---

79 cap Veniam] c. 5, C.35, q. 9, cols. 1284-1285 89 Sententiam] c. 6, C. 35, q. 9, col. 1285

**Discipulus:** Causa quare super rescriptis et literis summi pontificis licite disputatur est quia litere sepe per subreptionem et falsas suggestiones impetrantur, quandoque etiam papa multis ex causis decipi potest. Ideo super talibus literis disputare licet. Illa autem que emergunt circa fidem et diffiniuntur per papam, deliberatione maxima proferuntur, ideo super illis disputare non licet. 10

**Magister:** Ex ista sententia tua putant nonnulli se demonstrative probare quod sententia pape super aliqua difficultate fidei lata est per peritos ad quorum notitiam pervenerit cum maxima diligentia et studio examinanda, et quod super ea disputare licet, et quod si inventa fuerit, disputando, contraria veritati, est penitus respuenda et omnimode reprobanda. 11

Arguitur autem sic. Eadem causa eundem habet effectum. Causa autem quare litere pape quecunque sint inspiciende diligenter ac vidende et examinande, et quare de eis disputare licet, et quare in casu eis nequaquam obedire oportet, est quia papa potest decipi. Si enim papa nullo modo posset decipi, predicta non licerent. Sed papa ita potest decipi circa ea que fidei sunt sicut circa quecunque alia. Aliter enim papa hereticari non posset, cuius oppositum supra libro quinto auctoritatibus, rationibus, et exemplis multipliciter est ostensum. Ergo litere pape que super aliqua difficultate fidei emanare noscuntur diligentissime sunt vidende et examinande, et de eis disputare licet, et si a quocunque prelato vel subdito, discipulo vel magistro, fuerint deprehense a fide recedere orthodoxa, sunt penitus respuende et efficaciter reprobande. 12

**Discipulus:** Quare ergo cotidie cernimus prelatos et alios de literis pape que tangunt negotia tantum ecclesiastica disputare, et omnes timent disputare de diffinitione pape super hiis que ad fidem pertinent orthodoxam.

---

100 et] in Ly Vg | licite] omitted An 101 subreptionem] rescriptionem Ly Vg subrapcionem Fi Na  
 102 Ideo] unde Ly | super] sunt Vg 103 Illa] ille Vg | que] qui Vg | circa] contra Ly Vg  
 diffiniuntur] diffinitur Vg 104 ideo] et Ly Vg 106 tua] omitted Ly Vg | se] per added Ly  
 demonstrative] demonstrationem Ly Vg 107 quod...pape] omitted Ly | est] omitted Vg | peritos]  
 paritos An 108 pervenerit] pervenit Vc | quod] We omitted Ww 109 quod] omitted Ly Vg  
 110 respuenda] reprobanda Vg 111 Arguitur] primo Ly aliter Vg | autem<sup>1</sup>] probatur Ly | sic] ubi  
 est added Ly | eundem] emtem Vg | habet] debet habere Ly 112 sint] sunt Bb 113 examinande]  
 sunt added Ly 114 obedire] ele<sup>n</sup> Na | est] et Ly 115 ita] bene added Ly Vg | ea] illa Vc  
 116 enim] Ly We Vc etiam Vg Bb An Fi Na 119 eis] is Ly 121 respuende] reputande Vg  
 reprobande] repugnande We 123 tantum] em Bb 124 hiis] his Ly | pertinent] pertinet Fi

---

117 supra] 1 Dial. 5.1-3, 5

12 **Magister:** Causa multiplex assignari potest. Una tamen, et precipua,  
 assignanda est ad presens, que est defectus zeli catholice veritatis et amor  
 terrenarum divitiarum et honorum. Quia enim multi christiani nichil asperum,  
 nichil difficile, nullum periculum, nullam indignationem alicuius potentis quem  
 13 timent, volunt pro fide catholica sustinere, nec curant an fides proficiat vel  
 deficiat. Ideo nolunt disputare de diffinitionibus pape, quia eius indignationem  
 timent incurrere. Pro temporalibus autem divitiis et honoribus labores et pericula  
 sunt parati subire, ideo quia ex disputatione de literis pape que ipsorum tangunt  
 negotia sperant honores vel divitias adipisci, vel saltem dampnum aut periculum  
 temporale vitare, disputare de huiusmodi literis summi pontificis non verentur.  
 13 Et similiter, si de disputatione super sententia pape heretica honorem aut  
 commodum sperarent, de ipsa disputare nullatenus formidarent.

**Discipulus:** Dic quomodo respondetur ad secundam per quam probavi quod  
 non licet alicui de sententia pape super fida catholica disputare.

14 **Magister:** Respondetur quod, quamvis ad summum pontificem sint cause  
 fidei deferende, quia tamen summus pontifex errare potest circa fidem, sententia  
 eius super difficultate aliqua fidei christiane est studiosissime examinanda et  
 diligentissime disputanda, et, si per disputationem vel per aliquem alium  
 modum fuerit deprehensa a veritate deviare catholica, est penitus condemnanda  
 et tanquam heretica reprobanda, exemplo catholicorum qui, ut colligitur ex  
 14 decretis (dis. 19 cap. *Secundum ecclesie* et § *Quicquid ergo* et cap. *Anastasius*  
*secundus*), diffinitionem hereticalem Anastasii secundi sollicitate inspexerunt, at  
 an esset consona veritati catholice quesierunt attente, sive disputando sive alio  
 modo, quam, cum invenissent contrariam fidei orthodoxe, tanquam hereticam  
 respuerunt. Et ita constat quod de diffinitione pape antequam sciatur esse  
 15 catholica est licitum disputare.

---

125 potest] posset We | et] omitted Ly 127 divitiarum] omitted Bb | nichil] nec Vg  
 129 sustinere] sustinere Vg Bb 132 subire] sustinere Ly subvenire Vg 134 vitare] evitaret Ly  
 vitari Vg omitted We | disputare] in disputatione Ly Vg 136 commodum] temporale added We Vc  
 137 secundam] secundum We Vc | quam] quod We Vc | probavi] probant Ly 139 Respondetur]  
 Ly We Vc omitted Vg Bb An Fi Na | sint] sunt Ly An Fi 140 circa] contra Ly We Vc  
 141 difficultate] diffi<sup>ie</sup> An Fi | aliqua] 9<sup>a</sup> An Na 142 aliquem] a<sup>m</sup> Fi | alium] omitted Ly Vg Fi  
 143 condemnanda] contempnenda Fi 144 reprobanda] reputanda Ly exprobanda added Fi  
 145 ecclesie] secundo added Vc | §] 9<sup>a</sup> Bb c. Vg | Quicquid] Fb quia Ww | et cap] omitted Vg  
 146 secundus] Ly An Fi 4<sup>a</sup> Vg omitted Bb Na We Vc | diffinitionem...secundi] omitted An  
 secundi] si Bb 147 consona] omitted Vg

---

145 *Secundum ecclesie*] c. 8, dis. 19, col. 63 | *Quicquid ergo*] *ibid.* | *Anastasius secundus*] c. 9,  
 dis. 19, col. 64

**Discipulus:** Omnes catholici absque omni inquisitione debent supponere quod diffinitio pape super fide catholica sit consona fidei orthodoxe, quia Gregorius dicit, ut allegatum est supra, "apostolice sedis sententia", precipue super hiis que spectant ad fidem, "tanta semper consilii moderatione concipitur, tanta patientie maturitate decoquitur, tantaque deliberationis gravitate profertur", ut omnino recta sit credenda. Ergo omnes debent presumere sententiam pape esse catholicam. Quare eam examinare non debent, nec de ea disputare licet. 15

**Magister:** Ad hoc respondetur quod Gregorius loquitur de modo qui servari debet circa sententiam apostolice sedis, et qui, ut frequenter, servatus est. Cum hoc tamen constat quod talis modus potest omitti circa sententiam pape, quemadmodum Anastasius secundus talem modum circa suam sententiam non servavit. Et ideo, quamvis sententia pape, maxime circa fidem, tanta consilii moderatione concipi debeat, tantaque maturitate patientie decoqui, et tanta deliberationis gravitate proferri, ut, antequam contrarium evidenter appareat, presumi debeat consona veritati, quia tamen papa potest errare contra fidem, potest etiam esse proprii sensus, et prudentie ac sapientie proprie nimis inniti, ac capitositatis, precipitationis, presumptionis, et temeritatis vitio laborare, non est tam firmiter et tam certitudinaliter presumendum pro sententia pape quin debeat diligenter examinari, discuti, et videri, et quin de ea, antequam non solummodo presumptive sed etiam evidenter constiterit quod a veritate non deviat, liceat disputare. Quemadmodum de omnibus literis pape presumendum est antequam constiterit contrarium quod eis oporteat obedire, non tamen debet ista presumptio esse tam violenta ut non liceat literas pape examinare et investigare sollicitate an eis oporteat obedire. Omnes ergo sententie pape, qui contra fidem et bonos mores potest errare, examinande sunt diligentissime et probande iuxta illud Apostoli: "omnia probate", quod de illis que dubia esse possunt debet intelligi. 16 17

---

151 omni] enim An 152 quia] et Ly Vg 153 sententia] sententiam Ly 154 hiis] his Ly 155 patientie] patientia Ly Fi Vc et added Ly | decoquitur] coquitur Bb dequoquitur Vg Fi Na deliberationis] consilii added Ly Vg 157 eam] Ly We Vc enim Vg Bb An Fi Na 158 servari] conservari An Fi Na 159 et] etiam added Ly 160 tamen] omitted Vg | constat] stat Ly We Vc 162 tanta] tantam An 165 papa] omitted Ly | fidem] veritatem Vg 166 etiam] omitted Ly | ac<sup>1</sup>] aut Vg An | proprie] pp<sup>i</sup> Bb 167 capitositatis] We Vc copiositatis Ly Vg An Fi Na copiositati Bb laborare] labente Fi firmiter added An 168 et] omitted Vg 169 quin] Vc quando Ww 171 est] quod added Ly Vg 172 obedire] ope<sup>re</sup> Bb 173 tam] omitted Ly Vg 174 pape] omitted Ly | qui] que Ly 175 potest errare] possunt emergere Ly possunt esse Vg | sunt] omitted Bb 176 Apostoli] papa Bb | probate] probata Ly | debet] Ly Bb Vc debent Vg An Fi Na We

---

176 omnia probate] 1 Thessalonians 5:21

**Discipulus:** Contra predicta una adhuc michi occurrit obiectio. Videtur enim quod episcopi et prelati publicantes et divulgantes doctrinam pape hereticam non sunt fautores heretice pravitatis, imo etiam videtur quod hoc possunt facere absque peccato mortali. Nam minus est publicare et divulgare solummodo doctrinam hereticalem alterius quam publice predicare et docere heresim manifestam alienam vel propriam. Sed absque peccato mortali potest quis ex ignorantia vel simplicitate predicare publice et docere heresim manifestam cuius contrarium in scripturis sacris reperitur expresse, quia quantumcumque publice quis predicet vel doceat heresim manifestam, si paratus est corrigi non est hereticus, et per consequens non peccat mortaliter. Ergo multo fortius possunt episcopi et prelati publicare doctrinam pape hereticalem absque peccato mortali, et per consequens absque fautoria heretice pravitatis.

**Magister:** Ad hoc respondetur distinguendo, quia aut doctrina erronea pape est per ipsum sollemniter diffinita et ab eo tanquam papa determinata, aut ipse papa assertionem erroneam solummodo predicat et docet, aut tenet sed sollemniter non diffinit. Iterum, aut assertio heretica pape est talis quod episcopi et prelati tenentur explicite credere contrariam veritatem, aut non tenentur explicite credere contrariam veritatem.

Si itaque episcopi et prelati publicant et divulgant sollemniter per se vel per alios diffinitionem hereticalem pape, sunt expresse fautores heretice pravitatis. Si etiam publicant doctrinam pape hereticalem cuius contrariam veritatem tenentur credere explicite, peccant mortaliter et sunt censendi fautores heretice pravitatis. Si vero non publicant aliquam diffinitionem hereticalem pape sed aliquam assertionem eius hereticalem quam absque diffinitione sollempni pertinaciter tenet et assertit, et ipsi publicantes non tenentur explicite credere

---

178 adhuc] adhoc Bb 179 hereticam] omitted Bb 180 sunt] sint Ly Vg 181 publicare] predicari Ly peccare Vg 182 publice] Bb An Na Vc publicare Ly Vg Fi We | predicare] omitted Ly 184 ignorantia] ignorantiam Bb 185 quantumcumque] quamvis Ly Vg | publice] omitted An 186 vel doceat] omitted An 187 et] nec We Vc | non] omitted We Vc | mortaliter] et ideo added An Fi etc. added Vc | multo] magis et added Ly magis added Vg 188 episcopi et] omitted Ly Fi doctrinam pape] omitted An | hereticalem] omitted An 191 diffinita] diffinienda An Fi Na tanquam] a added We Vc | ipse] omitted Vg 192 et] aut Na | tenet] Bb We Vc tacet Ly Vg An Fi | sed] et Ly Vg 193 Iterum] item Ly Vg | aut] autem An | heretica] hereticus Fi 194 aut] est talis quod added Ly | aut...veritatem] omitted Vg An 195 contrariam veritatem] sed solummodo implicite Ly Vg 196 publicant] putant Vc 198 Si] sed Bb An Fi Na | pape...peccant] omitted Bb 200 pravitatis] et added An | non] omitted Ly | publicant] putant Vc | sed] seu Ly 201 eius] omitted Ly Vg 202 publicantes] pub<sup>es</sup> An contrariam added Ly | non] omitted Ly | credere] tenere An

contrariam veritatem, non sunt censendi fautores heretice pravitatis, sed antea  
 examinari debent sollicite an ex ignorantia vel simplicitate, vel pertinacia, talem  
 assertionem predicant et divulgant, et in hoc comparantur publice predicanti et 20  
 docenti.

**Discipulus:** Quare qui publicant diffinitionem hereticalem pape sunt  
 fautores heretice pravitatis, et publice predicantes heresim manifestam vel  
 docentes non sunt censendi fautores heretice pravitatis nec etiam peccare 21  
 mortaliter.

**Magister:** Huius ratio assignatur talis. Sicut maior deliberatio requiritur ad  
 iuramentum quam ad simplicem loquelam, et ideo gravius peccat periurus quam  
 qui simplici loquela mentitur, ita cum maiori deliberatione debet papa aliquid  
 sollempniter diffinire quam absque tali diffinitione sollempni docere vel etiam 21  
 publice predicare, et gravius peccat si assertionem contra fidem diffinit  
 sollempniter quam si absque tali diffinitione aliquid contra fidem publice  
 predicat vel docet. Si enim publice diffinit aliquid contra fidem, habetur pro  
 tenente ultimata deliberatione assertionem suam contra fidem. Sed si  
 solummodo publice predicat vel docet contra fidem, non habetur propter hoc 22  
 pro tenente ultimata deliberatione assertionem suam. Et ideo est post  
 predicationem publicam examinandus an paratus sit corrigi vel non, et si  
 inveniatur paratus corrigi non est hereticus reputandus, si autem non est paratus  
 corrigi pro heretico est habendus.

Sicut autem papa gravius peccat aliquid diffiniendo sollempniter contra  
 fidem, quam solummodo publice predicando vel docendo, sic gravius peccat qui 22  
 sollempnem diffinitionem hereticalem pape publicat sollempniter et divulgat,  
 quam qui eandem assertionem vel consimilem solummodo publice docet vel

---

203 contrariam] *omitted* Ly Vg | veritatem] peccant mortaliter Ly Vg | non] et Ly Vg | pravitatis]  
 si vero non publicant aliquam diffinitionem hereticalem pape, sed aliquam assertionem eius  
 hereticalem quam absque diffinitione solemniter tenet et asserit, et ipsi (publicantes *added*  
 Vg) non tenentur explicite credere contrariam veritatem non sunt censendi fautores heretice  
 pravitatis *added* Ly Vg 204 examinari] examinare Vg Bb An Fi Na 205 predicant] publicent We  
 putent Vc | et<sup>1</sup>] vel An Fi Na Vc | divulgant] divulgent We Vc | et<sup>2</sup>] *omitted* We Vc | in hoc] enim  
*added* We Vc | comparantur] We Vc probantur Ly predicantur Vg Bb An Fi Na | predicanti]  
 predicantes Ly 206 docenti] docentes Ly 207 publicant] putant Vc 208 vel] et Vc 211 talis  
 Sicut] tan<sup>1</sup> su<sup>2</sup> An | requiritur] tenetur Fi requiratur Vc 213 qui] *omitted* Bb Fi Na | maiori] Ly Fi  
 We Vc maiore Vg Bb An Na | aliquid] *omitted* Ly Vg ad Vc 214 sollempni] sollempniter Ly Vg  
 Fi | etiam] et Bb 215 publice] *omitted* Bb Fi | diffinit...fidem] *omitted* Fi 216 aliquid] aliquis (?)  
 Vg 219 publice] We Vc *omitted* Ly Vg Bb An Fi Na | docet] decet Fi 220 deliberatione]  
 delibera Bb 221 et] *omitted* Ly Vg 222 autem] *omitted* Vg 224 autem] *omitted* Ly Vg | aliquid]  
*omitted* An 226 publicat] We Vc predicat Ly Vg Bb An Fi Na | sollempniter] *omitted* Ly  
 sollempnem Vg

predicat, et ideo publicando diffinitionem hereticalem pape est fautor heretice pravitatis, sed non solummodo publice predicando vel docendo.

23 **Discipulus:** Quare non requiritur tanta deliberatio ad publice docendum vel predicandum quanta requiritur ad aliquid sollempniter diffiniendum.

23 **Magister:** Actus publice predicandi et docendi est multo communior et pluribus convenit quam aliquid sollempniter diffinire, sicut simplex loquela est actus multum communior quam iuratio, et ideo, sicut non requiritur tanta deliberatio ad simplicem loquelam sicut ad iuramentum (quia sepe est loquendum et raro iurandum), ita non requiritur tanta deliberatio cum quis publice docet aut predicat, sicut quando papa aliquid tanquam catholicum diffinit sollempniter. Et ideo quia iste actus diffiniendi sollempniter et determinandi aliquid tanquam catholicum exerceri non debet nisi deliberatio  
24 ultima precedat, si in hoc casu est error, est inexcusabilis error, quia ad hunc actum nullus debet accedere nisi sit sufficienter certus, qualiter non potest aliquis esse de falso. Et propter consimilem rationem nullus debet publicare sollempniter diffinitionem pape tanquam catholicam circa ea que tangunt fidem nisi sit certus quod est consona catholice veritati. Et ideo inexcusabilis est qui  
24 sollempniter publicat diffinitionem hereticalem pape tanquam catholicam. Secus est de illis qui non sunt prelati, ad quos sollempnis publicatio et obligatio non spectat, et ideo si legunt vel recitant coram aliis multis diffinitionem hereticalem pape quam nesciunt esse hereticalem non sunt ex hoc ipso fautores pravitatis heretice reputandi.

### Capitulum 38

**Discipulus:** Postquam autem disseruisti de episcopis et prelatibus divulgantibus et publicantibus sollempniter doctrinam hereticalem pape per se

---

229 publice] omitted An | vel docendo] omitted Ly Vg 233 simplex] simpliciter Ly 234 actus] Bb Na We Vc actum Ly Vg An Fi | multum] multo Ly We Vc | iuratio] iurare Vg | ideo] omitted Ly Vg 236 raro] est added We | quis] aliquis We 237 aut] et Ly Vg | quando] cum Ly Vg aliquid] omitted Bb | catholicum] catholicam An 238 quia] omitted An Na | et determinandi] determinando Ly Vg 239 catholicum] catholicam An | exerceri] exercere Vg An Fi Na | debet] accedere added Vg (cancelled Vgb) Bb An Fi Na 240 si] et Ly Vg | casu] actu We Vc est<sup>2</sup>...error] inexcusabilis Ly Vg | hunc actum] hoc consilium Ly Vg 242 aliquis] aliquid Vg (corrected Vgm) Fi Na Vc | publicare] predicare Ly 243 diffinitionem] hereticalem added Bb Fi Na | tanquam catholicam] omitted We Vc | circa...245 catholicam] transposed Bb | que] non added Bb 244 est<sup>1</sup>] sit Na | catholice] omitted Ly | inexcusabilis] excusabilis Ly 246 et obligatio] omitted Ly | obligatio] obligatoria Bb We | non<sup>2</sup>] minime We Vc 247 recitant] et added Bb An Fi Na etiam added We Vc | hereticalem] omitted An 248 hereticalem] pape added Ly Vg pravitatis] An We Vc pravitate Ly Vg Bb Fi Na 2 autem] omitted We Vc | disseruisti] discevisi Ly 3 divulgantibus] divulgatibus Vc | publicantibus] We Vc predicantibus Ly Vg Bb An Fi Na

vel per alios, tracta de episcopis et prelati qui, sive publicant sollempniter doctrinam hereticalem pape sive non, sustinent et permittunt quod doctrina 5  
erronea pape in suis diocesibus et inter suos subditos publicatur, tenetur, et docetur, nec sequaces pape heretici talia presumentes corrigunt vel castigant. Peto enim scire an literati tales episcopos et prelatos reputant fautores heretice pravitatis vel peccare mortaliter, et qua pena sint plectendi. Dic autem primo de culpa eorum. 10

**Magister:** Quidam dicunt quod episcopi et prelati talia sustinentes aut sciunt aut scire tenentur quod sequaces pape doctrinam erroneam contra fidem tenent et docent, aut nesciunt nec scire tenentur, quia forte sequaces pape heretici ita occulte et secrete procedunt quod eorum excessus ad notitiam prelatorum pervenire non potest. Iterum, aut assertio pape heretici est condempnata explicite aut tantum implicite. 15

Si talis assertio est heresis implicite tantummodo condempnata, prelati, sive sciant sequaces pape tenere et docere doctrinam pape hereticam sive ignorent, non sunt propter hoc quod non corrigunt taliter tenentes et docentes fautores pravitatis heretice reputandi, quemadmodum prelati episcopi, licet sciant 20  
theologos in suis diocesibus circa ea que ad fidem spectant contraria opinari, et per consequens sciunt quod alteri tenent et docent errores, quia non est possibile quod utraque contradictoriarum sit consona catholice veritati, tamen non tenentur eos corrigere si neutri docent errorem explicite condempnatum.

Si autem assertio pape est heresis dampnata explicite, quia, videlicet, vel sub 25  
propria forma est ab ecclesia condempnata, vel eius contradictoria est expresse et patenter in scriptura divina reperta, vel est expresse in determinatione ecclesie approbata, vel est apud omnes catholicos tanquam catholica divulgata, puta si papa assereret pertinaciter vel sollempniter diffiniret Christum non fuisse vere passum, aut nullam animam in inferno puniri, vel Christum non elegisse Iudam 30  
in apostolum, vel in Christo non fuisse duas voluntates, aut aliquid huiusmodi, in hoc casu episcopi et prelati qui scirent vel tenerentur scire sequaces pape

4 et] vel Na | sive] sunt Fi 5 sive] simul Fi | permittunt] permittant Bb 6 publicatur] We Vc publicetur Ly Vg Bb An Fi Na, | tenetur] et teneatur Ly Vg 7 docetur] doceatur Ly Vg 8 Peto] Ly Na cupio We Vc puto Vg Bb An Fi | reputant] Ly reputent Ww 9 vel] omitted Ly videtur Vg primo] modo added Ly 12 sequaces] sequentes Ly sequace Bb | pape...sequaces] omitted 1476 ed. | tenent] t'z Fi 15 potest] possunt Ly | Iterum] Bb We Vc Item Ly Vg An Fi Na | aut] an Vg 16 tantum...heresis] gap An 17 talis] omitted Vg pape We Vc 19 docentes] doctores Vg 20 prelati] et added Ly Vg 21 contraria] contrarie Vc 22 alteri] taliter Vg 23 sit] sint An Na 24 neutri] Vg Bb We Vc neuter Ly An Fi Na | docent] docet An | errorem] errores Na 28 approbata] Bb We Vc aperta Ly Vg An Fi Na 29 assereret] asseret We | vere] vero An 30 vel] nec An | non] omitted An 32 et] vel An Na | tenerentur] tenentur Ly

35 tenere et pertinaciter docere talem doctrinam pape hereticam, essent fautores  
heretice pravitatis si sequaces pape heretici nullatenus cohercerent. Si autem  
nescirent nec tenerentur scire tales sequaces pape suos subditos taliter  
informare, nec scirent eos esse tales, non essent fautores heretice pravitatis.

40 **Discipulus:** Tantummodo tractes predictam materiam de episcopis et prelati  
scientibus vel qui tenentur scire sequaces pape esse in suis diocesibus qui docent  
doctrinam pape explicite condempnatam, quando scilicet est rumor et fama de  
talibus.

**Magister:** Dicitur quod in hoc casu episcopi sunt fautores heretice pravitatis  
si huiusmodi tenentes et docentes doctrinam pape heretici non cohercent. Quod  
enim episcopi in hoc casu dampnabiliter peccant multis sanctorum auctoritatibus  
videtur aperte probari. Ait enim Augustinus, ut habetur dis. 83 cap. *Nemo*:  
45 "episcopus itaque, qui talia crimina non corrigit, magis dicendus est canis  
impudicus quam episcopus".

**Discipulus:** Sicut ad episcopos non spectat corrigere papam, ita nec  
sequaces pape, et ideo, licet sequaces pape subditi episcoporum predicent,  
doceant, et teneant doctrinam hereticalem pape heretici, non sunt per episcopos  
50 cohercendi.

**Magister:** Ista responsio putatur tam stulta quod reprobatione non indiget, et  
tamen multipliciter reprobatur. Primo, quia ex hac responsione sequeretur quod  
quamvis aliqui predicarent, docerent, et tenerent fidem christianam esse falsam,  
et Christum falsum fuisse prophetam, non essent per episcopos corrigendi sed  
55 tolerandi. Quod enim hoc absurdum sequatur patet aperte, quia possibile est  
quod aliquis papa futurus teneat et sollempniter diffiniat fidem christianam esse  
falsam et Christum fuisse falsum prophetam, quia nescitur an Antichristus erit  
papa futurus. Si ergo episcopi non debent corrigere sequaces pape heretici, ipsi  
non debent in hoc casu corrigere publice predicantes et docentes fidem

---

33 tenere...docere] docere et pertinaciter tenere We Vc | hereticam] heretici Ly 35 tales]  
huiusmodi We Vc | pape] heretici added We Vc 37 tractes] tracta We Vc 38 vel] et An | tenentur]  
tenerentur Vc | sequaces...qui] papam habere in sua iurisdictione sequaces sue doctrine heretice  
puta de episcopis qui scirent vel tenerentur scire quod in suis diocesibus sunt plures qui tenent et We  
Vc 39 pape] hereticam added We Vc 41 quod...casu] in tali casu quod Vc 43 peccant] We Vc  
peccent Ly Vg Bb An Fi Na 44 aperte] posse added Ly | 83] et added Ly Vg 45 episcopus  
itaque] ita episcopus Ly itaque episcopus Vg | crimina] omitted Ly Vg 52 Primo] sic added Ly  
53 aliqui] publice added We Vc 54 episcopos] eorum added Vc 55 enim] autem Ly | sequatur]  
sequeretur Vg | quia] omitted We 57 erit] fuerit An 58 debent] debeant Ly 59 publice] omitted  
An

---

44 cap Nemo] c. 2, dis. 83, col. 293

christianam esse falsam, et Christum fuisse falsum prophetam, quod omnes aures catholice horrerent. 60

**Discipulus:** Si papa hereticus tam enormiter deviare a fide, sequaces eius essent per episcopos corrigendi, sed si erraret in aliis non essent sequaces eius per episcopos corrigendi.

**Magister:** Ista responsio videtur nulla, quia ita episcopi tenentur corrigere unam heresim explicite dampnatam sicut aliam. Omnem enim heresim dampnatam explicite debent episcopi extirpare de suis diocesibus, et per consequens omnes hereticos docentes, predicantes, seu tenentes quamcunque heresim dampnatam explicite cohercere tenentur. Quare sequaces pape heretici quamcunque heresim dampnatam explicite predicantes, docentes, seu manifeste tenentes, sunt per episcopos castigandi, quia idem iuris est de magnis et de hiis que hereses parve videntur. 65 70

**Discipulus:** Improbasti uno modo responsionem meam ad auctoritatem beati Augustini. Improba aliter.

**Magister:** Quod sequaces pape heretici sint per episcopos corrigendi ostenditur sic. Propter pravitatem hereticam pape nullus est a iurisdictione episcoporum exemptus. Sed predicantes et docentes quamcumque heresim dampnatam explicite essent per episcopos castigandi si papa esset catholicus. Ergo propter hoc quod sunt sequaces pape heretici non sunt a iurisdictione episcoporum exempti, et per consequens ita sunt per episcopos corrigendi sicut si non essent sequaces pape. Iterum, sequaces pape non sunt magis exempti a iurisdictione episcoporum quam ipsemet papa hereticus. Sed cum papa hereticus sit omni dignitate privatus, eo ipso quod sit hereticus esset ratione delicti de iurisdictione episcopi in cuius diocesi moraretur, sicut superius multipliciter est ostensum. Ergo sequaces pape heretici sunt per episcopos cohercendi. 75 80 85

**Discipulus:** Quid si episcopus attemptaret corrigere sequaces pape heretici, et ipsi ad papam appellarent, nunquid episcopus appellationi tali deferre deberet.

61 catholice] ecclesie Ly Vg 63 episcopos] cohercendi et added Ly Vg | erraret] errarent Vg Fi Na 64 corrigendi] cohercendi We 65 tenentur] habent We Vc 66 dampnatam] dampnatam Vc 67 dampnatam] et added Bb | per] pp Fi 68 quamcunque] quantumcunque Vg 70 predicantes] vel added We Vc 71 iuris est] videtur esse Ly Vg 73 beati] sancti We 76 nullus] autem added Bb 78 episcopos] ipsos An We | esset] omitted Bb 79 Ergo] si added Vg Fi Na | propter] per We Vc 80 episcopos] eos Vc 81 pape<sup>1</sup>] heretici added Ly et added Bb An Fi Na | Iterum] item Ly | pape<sup>2</sup>] heretici added We Vc 82 cum] Ly We Vc omitted Vg Bb An Fi Na | hereticus<sup>2</sup>] si added An Fi Na We Vc 84 superius] supra We Vc 85 cohercendi] corrigendi We Vc 87 ipsi] omitted Bb | deferre] differre An | deberet] debentur Na

84 superius] 1 Dial. 6. 57, 76, and esp. 1 Dial. 6. 90

**Magister:** Respondetur quod tali appellationi esset minime deferendum, tum quia a correptione appellare non licet nisi corrigens modum correptionis excederet, tum quia ad hereticum appellare non licet, et ita appellationi que fit ad papam hereticum est minime deferendum.

**Discipulus:** Quid si tales appellarent ad concilium generale.

**Magister:** Respondetur quod cum tales tenerent heresim dampnatam explicite, non esset deferendum appellationi eorum.

**Discipulus:** Alias auctoritates vel rationes ad conclusionem principalem adducas.

**Magister:** Quod episcopi qui tales sequaces pape heretici negligunt castigare dampnabiliter peccant et sunt fautores heretice pravitatis probatur per easdem auctoritates quibus supra cap. 32 et 33 est ostensum quod qui tacent, cum possunt crimen heretice pravitatis corrigere, et qui consentiunt pravitati heretice, sunt fautores heretice pravitatis. Quia, quamvis auctoritates alie et consimiles possunt de subditis intelligi, tamen principalius intelligende sunt de prelati.

Preter illas autem sunt multe alie ex quibus evidenter ostenditur quod prelati qui negligunt sequaces pape heretici castigare dampnabiliter peccant, et sunt merito inter fautores pravitatis heretice computandi.

Leo enim papa, ut habetur dis. 86 cap. 1, ait: "Inferiorum ordinum culpe ad nullos magis referende sunt, quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sepe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam". Ex quibus verbis patenter infertur quod culpe sequacium pape heretici docentium hereses dampnatas explicite in diocesis episcoporum ipsis sunt episcopis imputande, si sequaces pape heretici negligunt castigare. Imo fautores pravitatis heretice sunt censendi, quia illi qui nutriunt pravitatem hereticam sunt fautores pravitatis heretice. Tales autem episcopi, ut ex verbis predictis colligitur, nutriunt pravitatem hereticam, que est gravis pestilentia dum

89 nisi] gap An 93 cum] omitted An 98 peccant] peccent Vc | sunt] st' We sint Vc 99 quibus] quas We | supra] 1 Dial. 7. 32, 33 100 heretice] omitted An 101 et] ille Vc 102 de] An Bb Fi Na possent Ly Vg possint We Vc 103 autem] etiam Ly Vg 105 heretice] heretici Vc 106 86] 36 Vc 107 nullos] nos Na Vc | referende] conferende An Vc | ad] omitted Bb | rectores] correctores Ly correctiones Vg 108 austeriorem] Fb Ly We Vc austeritate Vg austeritatem Bb An Fi Na 109 patenter] omitted Ly Vg 112 illi] nulli Bb 113 sunt] illi added Vg 114 predictis] We Vc omitted Ly Vg Bb An Fi Na

106 dis...1] c. 1, dis. 86, col. 298 (*Inferiorum ordinum*)

austriorem dissimulant adhibere medicinam. Ergo merito fautores pravitatis 11  
heretice sunt censendi.

Item, Gregorius, ut legitur dis. 43 cap. *Ephesiis*, ait: "Ephesiis Paulus dicit 12  
'munde sunt manus mee a sanguine omnium vestrum: non enim subterfugi,  
quominus annunciarer omne consilium Dei vobis'. Mundus ergo a sanguine  
eorum non esset, si eis Dei consilium annunciarer nolisset, quia, cum increpare  
delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit". Ex quibus verbis  
dupliciter patet quod episcopi qui non corrigunt sequaces pape heretici  
dampnabiliter peccant.

Primo, quia ille dampnabiliter peccat qui non est mundus a sanguine 12  
subditorum. Sed episcopi negligentes corrigere subditos suos sequaces pape  
heretici a sanguine eorum non sunt mundi, quia consilium Dei, hoc est  
catholicam veritatem, non eis annunciant. Ergo non sunt mundi a sanguine  
eorum, et per consequens dampnabiliter peccant.

Iterum, ille dampnabiliter peccat qui alios occidit. Sed episcopi qui non 13  
corrigunt sequaces pape heretici eos tacendo occidunt, secundum sententiam  
beati Gregorii. Ergo dampnabiliter peccant.

Item, pastores qui gregem sibi commissum non defendunt a lupis crudeliter 13  
invadentibus dampnabiliter peccant. Sed episcopi et prelati, si non corrigunt et  
cohercent sequaces pape heretici manifestas hereses predicantes, docentes, ac  
tenentes, et ad tenendum alios inducentes, non defendunt a lupis gregem 14  
dominicum sibi commissum, sed, teste Isaia propheta, sunt "canes muti non  
valentes latrare". Sunt etiam iuxta vocem dominicam mercenarii, non pastores,  
quia veniente lupo fugiunt, dum, sequacibus pape heretici atrociter per  
pravitatem hereticam greges sibi commissos conantibus iugulare, sub silentio se  
abscondunt. Ergo dampnabiliter peccant, et merito, si greges sibi commissi 14  
pravitate inficiuntur heretica, est eis eadem infectio imputanda.

**115** austriorem] We Vc austeram Ly austeritatem Vg Bb An Fi Na **117** Ephesiis<sup>1</sup>] ephesis Vg Fi  
ephesus An Vc | ait] *omitted* An Fi Na | Ephesiis<sup>2</sup>] ephesis Vg ephesus An Vc | dicit] Fb We Vc  
dixit Ly Vg Bb An Na d<sup>1</sup> Fi **118** subterfugi] subfugi Fi **119** omne] *omitted* Vg **120** nolisset]  
voluisset Vg An **123** peccant] peccat Fi **124** Primo...peccat] *omitted* Fi **125** suos] *omitted* Ly  
Vg **126** est] dictu *added* Ly Vg An **127** non<sup>1</sup>] in *added* Vg An | annunciant] annunciat Bb An  
**129** Iterum] item Ly Vg Vc | alios] aliquos We Vc **130** sequaces...heretici] *omitted* Ly Vg  
**132** Item...peccant] *omitted* An | crudeliter] crudelitater Na **133** invadentibus] mactantibus We  
gregem *added* We Vc **134** predicantes] et *added* Ly Vg Bb | docentes...et] *omitted* Bb  
**135** tenendum] tenens Bb **137** valentes] volentes Ly **138** quia] qui Bb | sequacibus] sequaces Ly  
**140** commissi] *omitted* An **141** inficiuntur] inficiantur Ly Vc | eadem] tandem Ly Vg

**117** dis 43] c. 4, dis. 43, col. 156 **118** 'munde...vobis'] Acts 20:26 **136** Isaia propheta] Isaiiah  
56:10

Item, illi sunt per episcopos cohercendi cum quibus nec ipsi nec subditi communicare debent. Sed nec ipsi episcopi nec eorum subditi communicare debent cum hereticis sequacibus pape heretici (24 q. 3 cap. *Illud*, et cap. *Clericus*, et cap. *Cum quibus*), quia excommunicati sunt (Extra, *De hereticis, Ab abolendam*, et cap. *Excommunicamus 1<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup>*, et cap. *Sicut*). Ergo sequaces pape heretici sunt per episcopos cohercendi.

Quinto principaliter videtur posse probari eandem conclusio sic. Putride carnes sunt a corpore resecande per illum qui curam corporis gerit, ne totum corpus penitus corrumpatur, et, similiter, ovis scabiosa et morbida repellenda est a caulis per illum qui curam caularum gerit, ne totus grex inficiatur, teste Hieronymo qui, ut habetur 24 q. 3 cap. *Resecande*, ait: "Resecande sunt carnes putride, et scabiosa a caulis ovis repellenda, ne tota domus, massa, et corpus et peccora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arrius in Alexandria una scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est". Sed sequaces pape heretici sunt putridas carnes reliquas partes corporis corrumpentes, et sunt oves scabiose et morbide inficientes gregem, teste Hieronymo qui, ut legitur dis. 45 cap. *Sed illud*, ait: "sicut ex una ove morbida universus grex inficitur, sic etiam uno vel fornicante vel aliud quodcunque scelus committente", et per consequens uno heretico doctrinam pape heretici publice predicante, "plebs universa polluitur". Ergo sequaces pape heretici tanquam putride carnes et oves scabiose sunt per episcopos a corpore resecandi et a caulis fidelium repellendi.

Sexto sic. Episcopi et prelati voce prophetica iubentur ab omnibus malis spiritualiter recedere et exire, et eos omnino non tangere, teste Isaia, qui, 52 capitulo ait: "recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere". Quod

143 episcopi] omitted An 144 24] 34 Ly 145 hereticis] heretici An Fi | Ab abolendam] Ad absolvendum Ly 146 abolendam] Fb Ad Ww | Io...Sicut] omitted Ly .et.12<sup>a</sup>. et cap. sicut Vg 152 habetur] legitur We Vc | 3] 2 Ly Vg | Resecande<sup>1</sup>] resecando Bb 153 repellenda] est added Ly 154 ardeat] ardeant Vc et added Ly Vg | corrumpatur] et added Ly Vg | putrescat] et added Ly | Arrius] acrius Ly 155 scintilla] scinssima An scinssima Na | quoniam] quia An | oppressus] oppressa Ly | eius] est Fi 156 Sed] Ly We Vc et Vg Bb An Fi Na | reliquas] rectas An Fi Na 158 Sed] Fb omitted Ww 159 etiam] ex added Ww | vel<sup>1</sup>] Fb omitted Ww 160 quodcunque] permittente added An Na 163 resecandi] secandi We 164 sic] omitted Ly Vg | omnibus malis] omni mali Na 166 capitulo] recedite added Ly | recedite<sup>2</sup>] omitted Ly

144 cap Illud] c. 34, C. 24, q. 3, col. 999 | cap<sup>2</sup>] c. 35, C. 24, q. 3, col. 999 145 Cum quibus] c. 36, C. 24, q. 3, col. 1000 | Ab abolendam] X, V, 7, 9, col. 780 146 Excommunicamus Io] X, V, 7, 13, col. 787 | et 2o] X, V, 7, 15, col. 789 | cap Sicut] X, V, 14, col. 789 152 cap Resecande] c. 16, C. 24, q. 3, col. 995 158 Sed illud] c. 17, dis. 45, cols. 166-167 165 52 capitulo] Isaiah 52:11

exponens beatus Augustinus in libro De verbo Domini, et habetur 23 q. 4 cap. 1, ait: "Tollerandi sunt quidem mali pro pace, nec corporaliter ab eis recedatur, sed spiritualiter". Et idem, ut habetur causa et questione predictis, cap. *Ecce*, ait: "Ecce, inquit, dicit propheta: 'recedite, exite inde, et immundum ne tetigeritis'. 17 Quomodo ergo malos tollerabimus pro pace, a quibus exire et recedere iubemur, ne tangamus immundum? Nos istam recessionem spiritualiter intelligimus". Ex quibus verbis patet aperte quod prelati ab universis malis spiritualiter tenentur recedere. Ergo spiritualiter tenentur recedere a sequacibus pape heretici doctrinam pape erroneam docentibus et tenentibus. Episcopi autem et prelati a 17 sequacibus pape heretici spiritualiter non recedunt nisi eos corrigendo et coercendo, si possunt. Ergo episcopi et prelati sequaces pape heretici debent corrigere et arcere.

Quod autem episcopi et prelati spiritualiter non recedunt a talibus sequacibus, nisi cum eos, quando possunt, corrigunt et castigant, patet aperte per beatum Augustinum qui, ut habetur 23 q. 4 cap. 1, ait: "spiritualiter autem exire est facere quod pertinet ad correptionem malorum quantum licet pro gradu cuiusque, salva pace". Et infra: "hoc ergo est exire, ore non parcere, hoc est immundum non tangere, voluntate non consentire". 18

Item, idem ut habetur causa et questione predictis, cap. *Ecce*, ait: "clamamus nos, et dicimus vobis, recedite, exite inde, et immundum ne tetigeritis, sed contactu cordis, non corporis. Quid est enim tangere immundum, nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere quod pertinet ad correptionem 18

---

167 beatus] Gregorius *added* An Fi | verbo] verbis Ly Vc | 4] Ly Vg Bb We *omitted* An Fi Na Vc  
 168 quidem mali] qui de malis Vg | recedatur] recedendum est Ly recedam Vg 169 idem] eidem  
 Vg | et] 2<sup>a</sup> Vg | *Ecce*] inquit *added* Bb An Fi Na We Vc | ait] *omitted* Ly Vg 170 *Ecce*  
 inquit] *omitted* Ly | inquit] inquit Vg | 'recedite] et *added* Ly An Fi | inde] *omitted* We | et]  
*omitted* Ly 171 Quomodo] quoquomodo Ly | a] cum Vg 172 tangamus] non Vg | tangamus  
 immundum] tangamus Bb | Nos] *omitted* Ly 174 Ergo...prelati] *omitted* Ly Vg An | tenentur]  
 debent We Vc 175 prelati] cum igitur *added* Ly Vg | a] *omitted* An 179 spiritualiter] *omitted*  
 We | recedunt] recedant Ly Vg Bb | talibus sequacibus] sequacibus pape heretici We Vc  
 180 sequacibus] *omitted* Bb | corrigunt] Ly Vg We Vc corrigere Bb corrigant An Fi Na 181 1]  
*Ecce* Ly *omitted* An | ait] ain An *gap* Na 182 gradu] gracia Ly 183 cuiusque] Fb Vc  
 cuiuscunque We cuiuslibet Ly Vg Bb An Fi Na | est<sup>1</sup>] Fb Bb We Vc etiam An Fi *omitted* Ly Vg  
 Na | exire] *omitted* Bb est Ly Vg ex Na | parcere] Fb Ly Vg Bb procedere An Fi Na We Vc | hoc  
 est] *omitted* Ly | est<sup>2</sup>] *omitted* Vg 184 voluntate] in voluntate We 185 idem] *omitted* Ly  
 habetur] habetur Ly 186 recedite] et *added* An Fi Na | ne] *omitted* Vc | sed] scilicet Ly  
 187 contactu] Fb We Vc tactu Ly Vg Bb An Fi Na | cordis] tantummodo *added* Ly Vg | nisi] exire  
 Fi 188 autem] Fb Bb We Vc enim Ly Vg An enim facere Fi Na

---

167 cap 1] c. 1, C. 23, q. 4, col. 899 (*Tollerandi*) 169 cap *Ecce*] c. 4, C. 23, q. 4, col. 899 181 cap  
 1] *Tollerandi, ibid.* 183 Et infra] *ibid.* 185 *Ecce*] *ibid.*, col. 900

19 malorum, quantum pro uniuscuiusque gradu atque persona, salva pace, fieri potest?" Et infra: "quicquid inter vos malorum esse nostis, quantum potestis, improbate, ut corde recedatis, et redarguite, ut exeat inde, et nolite consentire, ut immundum non tangatis".

19 Item, idem Augustinus, ut habetur causa et questione eisdem, cap. *Recedite*, ait: "quid est exire inde, nisi facere quod pertinet ad correptionem malorum, quantum pro uniuscuiusque gradu atque persona, salva pace, fieri potest? Displicuit tibi quod quisque peccavit? Non tetigisti immundum. Redarguisti, corripuisti, monuisti, adhibuisti etiam, si res exigit, congruam, et que veritatis non violet disciplinam? Existi inde". Et infra: "hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere, et voluntate non consentire, et ore non parcere". Ex 20 quibus, ut videtur, colligitur evidenter quod a malis quibuscunque, et per consequens a sequacibus pape heretici, prelati spiritualiter non recedunt nisi faciant quod spectat ad correptionem eorum, nisi ore non parcant, nisi redarguant, nisi corripiant, nisi moveant, nisi, quando possunt, congruam adhibeant disciplinam. Quare patenter infertur quod sequaces pape heretici sunt 20 per episcopos et prelatos arcendi.

**Discipulus:** Ex predictis verbis Augustini colligitur quod sequaces pape heretici, quando salva pace nequeunt coherceri, sunt equanimiter tollerandi. Ergo non est semper necesse quod episcopi et prelati eos corrigant et castigant.

21 **Magister:** Ad hoc dupliciter respondetur. Primo, quod secus est de crimine heresis et de aliis minoribus, quia heretici totam salutem nituntur extinguere, et ideo ipsis est resistendum etiam usque ad mortem, quia in decretis 7 q. 1, cap. *Adversitas*, § *hoc tunc* vel § *cum vero*, sic legitur: "cum vero non prelatorum tantum, sed totius ecclesie salus queritur, fides impugnatur, necesse est, ut ex

189 malorum] Fb omitted Ww | quantum] quod Ly | gradu] gratia Ly Vg omitted An | atque] absque Vg omitted Bb 190 vos] Fb Na We Vc nos Ly Vg Bb An Fi | nostis] Fb Vc noscitis Ly Vg Bb An Fi Na We 191 et] Fb omitted Ww | inde] Fb Bb We Vc mente Ly Vg mundi An Fi Na 192 ut] Fb omitted Ww | non] Fb ne Ww 193 ut habetur] omitted An | causa...eisdem] eisdem causa et questione We eadem causa et questione Vc 194 est] etiam added Ly Vg Bb An Fi Na enim added We Vc 195 gradu] gratia Ly Vg | potest] posset Ly posse Vg 196 peccavit] peccaverat Ly Vg 197 veritatis] Fb Vg Bb We Vc veritatem Ly An Fi Na 198 Existi] existis Bb 200 quibus] verbis added Ly Vg 203 nisi corripiant] omitted Vc | nisi] et Ly 206 Discipulus] omitted Vg | Ex] E Bb quibus added An 208 eos] sequaces pape heretici We Vc 210 heresis...extinguere] omitted Bb | minoribus] criminibus added We Vc | salutem] ecclesie added We Vc 211 etiam] omitted Bb | cap Adversitas] Ly omitted Vg (added Vgm) Bb An Fi Na We Vc et added Vgm 212 §] omitted Fi Na | hoc] Fb Bb We hic Ly Vg An Fi Na Vc | §] omitted An Fi Na 213 queritur] Fb Bb We Vc scilicet Ly que Vg quia An Fi Na

190 infra] *ibid.* 193 cap Recedite] c. 9, C. 23, q. 4, col. 901 198 Et infra] *ibid.* 211 cap Adversitas] c. 48, C. 7, q. 1, cols. 586-587

adverso ascendant, et in die belli seipsos murum opponant pro domo Domini, animas suas ponant pro ovibus suis, ut exemplo sue passionis accendant quos sermone doctrine diutius confirmare non valent". Ex quibus verbis colligitur quod cum sequaces pape heretici totius ecclesie salutem querunt destruere, fidemque impugnant, necesse est quod prelati se eis opponant etiam usque ad mortem, eis firmiter resistendo, et quantum vires suppetunt compescendo. Cum hereticis nullo modo in dampnum fidei est pax habenda. Pro istis enim dixit Christus Matthei 10: "nolite arbitrari quia venerim mittere pacem in terram, non veni mittere pacem sed gladium". Et Luce 12: "putatis quia pacem veni dare in terram, non dico vobis sed separationem". Ex quibus verbis colligitur quod cum hereticis non est pax habenda ut propter eam prelati ab eorum correptione desistant.

Aliter dicitur quod ubi cernerent episcopi evidenter quod ex cohertione hereticorum nullus fructus neque fidei neque fidelium proveniret, sed gravis oriretur catholicorum turbatio, episcopi possent a correctione cessare ad tempus, quod intelligendum est non tantum respectu sequacium pape heretici, sed respectu quorumcunque hereticorum. Et ita equaliter omnino coherceri debent sequaces pape heretici sicut sequaces imperatoris heretici vel alterius divitis et potentis. Ubi enim prelati viderent quod ex cohertione sequacium imperatoris heretici grave periculum fidei immineret absque omni fructu, possent a correctione cessare. Ita est etiam sentiendum, ut videtur, de sequacibus pape heretici. Et ita nec ratione papatus, nec ratione imperii, nec ratione regni est cessandum a cohertione sequacium pape heretici, sed sed ratione periculi quod propter potentiam pape heretici vel imperatoris, vel propter aliquam aliam

---

214 seipsos] ut *added* Ly | murum] nimirum Fi | Domini] Fb Dei Ww et *added* Ly 215 ponant] Fb Ly We Vc *omitted* Vg Bb An Fi Na | accendant] Fb We Vc attendant Ly Vg Bb An Fi Na 217 ecclesie] *omitted* Bb | querunt] Ly querant Vg Bb An Fi Na We Vc | destruere] Ly Bbm *omitted* Vg An Fi Na We Vc 218 impugnant] impugnent Vg Na We Vc | impugnant...eis<sup>2</sup>] *omitted* Bb | etiam] et Bb An Fi 219 eis firmiter] *omitted* Ly | compescendo] unde *added* Ly Vg 220 hereticis] enim *added* We Vc | dixit] dicit Ly Na 221 10] Vulg Vc 19 Ly Vg 18 Bb An Fi Na We | non] dico *added* Bb 222 gladium] gladium An | 12] 18 Vg ait *added* We Vc | dare] mittere Ly An 226 cernerent] tenerant An tenerent (?) Na | ex] de Ly Vg 227 sed] et Ly Vg gravis] Ly Vg Vc gravior Bb An Fi Na We 228 catholicorum] correctio *added* An 233 possent] possunt Ly Vg 234 correctione] cohertione Vc | cessare] cessaris Bb cesaris An | sentiendum] sciendum Ly 235 heretici] vel imperatoris *added* Ly Vg | Et...237 imperatoris] *omitted* Ly Vg regni] regis Na 236 a] ad Bb | pape heretici] *omitted* We Vc 237 propter<sup>1</sup>] *omitted* Fi | vel imperatoris] *omitted* Bb

---

221 Matthei 10] Matthew 10: 34 222 Luce 12] Luke 12:51

causam que ita reperiri potest in sequacibus imperatoris heretici sicut pape,  
 24 possunt prelati dissimulare interdum et a coheritione sequacium pape vel  
 imperatoris heretici abstinere.

**Discipulus:** Ut prolixitatem quantum possumus evitemus, auctoritates tam  
 scripture divine quam sanctorum patrum ex quibus possunt accipi argumenta ad  
 probandum hanc eandem conclusionem allega, rationes ex eis non formando.

**Magister:** Pro hanc conclusioni hortari videtur Isaia 58<sup>o</sup> capitulo dicens:  
 24 "clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam et annuncia populo meo scelera  
 eorum et domum Iacob peccata eorum".

Item, Ierem. 23 scribitur: "Ve pastoribus qui dispergunt et dilacerant gregem  
 pascue mee, ait Dominus", et post: "vos dispersistis gregem meum et eiecistis  
 eos et non visitastis eos".

25 Item, Ezech. 34 sic legitur: "Ve pastoribus Israel qui pascebant semetipsos,  
 nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac comedebatis et lanis operiebamini et  
 quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, quod  
 infirmum fuit non consolidastis et quod egrotum non sanastis, quod fractum est  
 25 non alligastis et quod abiectum est non reduxistis, quod perierat non quesistis  
 sed cum austeritate eis imperabatis et cum potentia et disperse sunt oves mee eo  
 quod non esset pastor et facte sunt in devorationem omnium bestiarum agri",  
 sequacium scilicet pape heretici totam fidem vastantium orthodoxam.

---

238 reperiri] reputari Ly Vg | sicut] in sequacibus *added* We Vc | pape] heretici *added* We Vc et  
 ita nec ratione pape *added* Vg nec ratione imperii nec ratione regni est cessandum a coheritione pape  
 heretici, sed ratione periculi {vel propter\* [*\*omitted* Vg m]} aliquam aliam causam que ita reperiri potest  
 in sequacibus] [*added* Vg m] pape heretici vel imperatoris heretici {ratione cuius licet  
 quandoque} [*added* Vg m] abstinere *added* Ly Vg 239 possunt...abstinere] *omitted* Ly Vg  
 243 hanc] *omitted* Ly | hanc...conclusionem] quod episcopi et prelati cohercere tenentur sequaces  
 pape heretici sibi subditos We Vc | eandem conclusionem] eadem conclusione Bb | ex] ab Ly  
 244 hortari] exhortari Ly Vg | 58o] 55<sup>o</sup> Ly 245 quasi] Vulg Ly Vg We Vc a Bb *omitted* An Fi  
 Na | meo] Vulg We Vc tuo An (*cancelled*) *omitted* Ly Vg Bb Fi Na 247 Ve] de An Na Vc  
 248 ait] Vulg dicit Ww | meum] *omitted* Vc | eiecistis] eiecisti Vg 249 non] Vulg Ly We Vc  
*omitted* Vg Bb An Fi Na | visitastis] visitatis Bb Na visientis Fi 250 sic legiturVe] *omitted* Vc  
 legiturVe] loquitur de Ly Vg | Israel] *omitted* Bb 252 erat] Vulg est Ww 253 quod<sup>1</sup>] quid Bb  
 egrotum] erat Ly est Vg Bb An Fi Na 254 quesistis] quesivistis An 255 imperabatis] imperatis  
 Vg | cum<sup>2</sup>] omni We | et<sup>2</sup>] *omitted* Ly 256 devorationem] devocationem Vg 257 scilicet]  
*omitted* Bb | vastantium] devastantium Vg An Fi

---

244 Isaia<sup>1</sup>] Isaiah 58:1 247 Ierem 23] Jeremiah 23: 1 248 et post] Jeremiah 23: 2 250 Ezech  
 34] Ezekiel 34: 2-5

Item, Threnorum 2: "prophete tui viderunt tibi falsa et stulta nec aperiebant iniquitatem tuam ut te ad penitentiam provocarent".

Item, prelati huiusmodi increpantur Ezech. 13 cum dicit Dominus: "non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel ut staretis in prelio in die Domini". Et 33 cap. sic habetur: "Si speculator viderit gladium venientem et non insonuerit bucina, et populus non se custodierit, veneritque gladius et tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram". 26

Item, Exod. 22: "maleficos non patieris vivere".

Item, Deuter. 13: "si surrexerit in medio tui propheta etc.", quere supra libro sexto capitulo 99.

Item, ibidem: "si tibi voluerit persuadere frater tuus etc.", quere ubi prius.

Item, ibidem: "si audieris in una urbium tuarum etc.", quere ubi supra. 27

Item, Deuter. 17: "cum reperti fuerint etc.", quere ubi prius.

Item, Ierem. 3 dicit Dominus: "dabo vobis pastores iuxta cor meum et pascent vos scientia et doctrina". Et Ierem. 6: "pascet unusquisque eos qui sub manu sua sunt".

Item, Malach. 2: "labia enim sacerdotis custodiunt scientiam etc." 27

---

258 2] 21 An 259 te] Vulg We Vc *omitted* Vg Bb An Fi Na 261 ascendistis] ascendisti Vg opposuistis] Vulg We Vc *posuistis* Ly *apposuistis* Vg Bb An Fi Na vos *added* Ww 262 die] *omitted* We | die Domini] domo Domini Ly | Si] *gap* Na 263 bucina] buccinam Ly Vg 264 et tulerit] *omitted* Na | ille] Vulg We Vc ipse Ly Vg Bb An Fi Na | in] Vulg Ly We *omitted* Vg Bb An Fi Na Vc 266 22] *gap* An 267 surrexerit] *garbled* Fi | propheta] Vulg propheta Ww | etc] Ly We Vc et Vg Bb An Fi Na 269 etc] We Vc *omitted* Vg Bb An Fi Na | prius] supra *added* Vc 271 17] Kn 16 Ww | fuerint] que *added* Vg 272 Item] *omitted* Ly | vobis] *omitted* Fi | cor] Vulg We Vc nomen Ly Vg Bb An Fi Na 273 eos] eo Bb 275 enim] Vulg *omitted* Ww | scientiam] sententiam Ly | etc] et legem requirent ex ore eius quia angelus Domini exercituum est *added* We Vc

---

258 Threnorum 2] Lamentations 2: 14 260 Ezech 13] Ezekiel 13: 5 262 Si speculator] Ezekiel 33: 6 266 Exod 22] Exodus 22: 18 267 Deuter 13] Deuteronomy 13: 1 268 capitulo 99] 1 Dial. 6.99 269 ibidem] Deuteronomy 13: 6 | ubi prius] 1 Dial. 6.99 270 ibidem] Deuteronomy 13: 12 | ubi supra] 1 Dial. 6.99 271 Deuter 17] Deuteronomy 17: 2 | ubi prius] 1 Dial. 6.99 272 Ierem 3] Jeremiah 3: 15 273 Ierem 6] Jeremiah 6: 3 275 Malach<sup>1</sup>] Malachi 2: 7

Item, Ezech. 3: "si dicente me ad impium morte morieris non annunciaveris ei neque locutus fueris ut avertatur a via sua impia et vivat ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram".

28 Item, Apostolus ad Titum 1: "oportet enim episcopum sine crimine esse", et post: "amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit et exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere", et post: "inrepa illos dure ut sani sint in fide".

Item, 1<sup>o</sup> ad Corinth. 5: "auferte malum ex vobis ipsis".

28 Item, 1<sup>o</sup> ad Tim. 5: "peccantes coram omnibus argue, ut et ceteri timorem habeant".

Item, ad Galat. 2: "cum autem venisset Cephas Antiochiam in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat".

**Discipulus:** Sufficiant iste auctoritates ex scripturis divinis accepte, ideo auctoritates sanctorum patrum ad eandem conclusionem adducas.

29 **Magister:** Hoc beatus Hieronymus sentire videtur, cum dicit in prologo biblie: "Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest: et quantum edificat ex vite merito ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat".

29 Item, Innocentius tertius, ut legitur Extra, *De simonia*, cap. *Licet Hely*, ait: "Licet Hely summus sacerdos in se bonus existeret, quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit, et in se pariter, et in ipsis animadversiones

---

276 Item] Vc et Ly Vg Bb An Fi Na We | morte] mortam Bb 277 avertatur] vir added Vg Bb An Fi Na We Vc | vivat] Vulg omitted Ww 278 tua] Vulg We Vc sua Ly Vg Bb An Fi Na 279 Item] We Vc et Ly Vg Bb An Fi Na | Apostolus] Vg Bb We Vc post Ly An Fi Na | Titum] thi Vc | 1] 3 An Fi Na | enim] Vulg omitted Ww 280 post] prius Ly Fi (?) p' Vc | amplectentem eum] amplectentem eu Bb | fidelem] fidelis Vg 281 et'] Vulg omitted Ww | in] omitted Vg 282 dure] omitted Fi gap Na | sint] sunt An Na 283 Io...Item] omitted An | ad] Vg Stol omitted Ly Bb An Fi Na We Vc 284 Io] We Vc infra Ly Vg Bb An Fi Na | 5] Kn 3 Ly 4 Vg Bb An Fi Na We Vc argue] Vulg Vg We Vc arguentur Ly arguatur Bb arguantur An Fi Na | et] Vulg Bb Fi Na omitted Ly Vg An We Vc 286 faciem] An Na | ei] Vulg Ly Vg We Vc eius Bb An Fi Na 287 restiti] rest<sup>om</sup> Bb 288 ideo] aliquas added Ly Vg 290 Hoc] huic Ly | beatus] omitted Ly Vg | sentire] consentire Ly 291 Sancta quippe] omitted An | quantum] quamvis An Na 292 resistat] resistet An 293 tertius] 39 Ly | Hely] olim We ely Vc 294 Hely] olim We | filiorum] suorum added Ww

---

276 Ezech 3] Ezekiel 3: 18 279 Titum 1] Titus 1: 7 | et post] Titus 1: 9 281 et post] Titus 1: 13 283 Corinth 5] 1 Corinthians 5: 13 284 Tim 5] 1 Timothy 5: 20 286 Galat 2] Galatians 2: 11 290 prologo biblie] Hieronymus, *Epistola ad Paulinum presbyterum*, cap. 3, PL 22, col. 542 293 Licet Hely] X, V, 3, 31, col. 760

divine vindictam accepit, dum, filiis eius in bello peremptis, ipse de sella corruens fractis cervicibus expiravit". Ad corrigendos ergo excessus subditorum tanto diligentius debet prelatus assurgere quanto dampnabilius eorum offensas deserit incorrectas. Et ista sententia ultima sub eisdem verbis ponitur Extra, *De accusationibus*, cap. *Qualiter et quando 2<sup>o</sup>*. 30

Item, idem, ut habetur Extra, *De officio iudicis ordinarii*, cap. *Irrefragabili*, in concilio generali ait: "Irrefragabili constitutione sancimus, ut ecclesiarum prelati ad corrigendum subditorum excessus, maxime clericorum, et formandos mores prudenter ac diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur", ubi dicit glossa: "durum verbum est istud pro prelati negligentibus subditos corrigere". 30

Item, Anacletus, scribens cunctis fidelibus, ut legitur dist. 83 cap. *Nichil*, ait: "Nichil illo pastore miserius, qui luporum gloriatur laudibus. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna perniciēs. Nullus igitur pastorum placere lupis et gregibus ovium potest". 31

Item, papa Nicholaus, ut legitur dist. 43, cap. *Dispensatio*, ait: "Dispensatio est nobis celestis seminis iniuncta: 've si non sparserimus, ve si tacuerimus'. Quod cum electionis vas formidet et clamet, quanto magis cuilibet exiguo metuendum est? Proinde, sicut non leve discrimen incumbit pontificibus, siluisse quod congruit etc." 31

---

**296** accepit] excepit We Vc | filii] Fb Bb We Vc filius Ly Vg An Fi Na | peremptis] Fb Bb We Vc peremptus Ly Vg An Fi Na est et *added* Ly **298** tanto] tato Bb | offensas] offensus An **299** deserit] desereret We Vc | eisdem verbis] eodem verbo Ly Vg **300** 2o] Na We Vc *omitted* Ly Vg et Bb An Fi **301** ut habetur] *omitted* Ly Vg | Irrefragabili] inrefragabili Ly Bb **302** Irrefragabili] inrefragabili Ly **303** corrigendum] corri<sup>dum</sup> Na corripiendum Vc | et] *omitted* We | formandos] formando An Fi Na **305** istud] ideo Na | pro] *omitted* Ly Vg | prelati] et *added* Vc **306** subditos corrigere] Fb subditorum correctionem (correptionem Vc) Ww **307** fidelibus] *omitted* Ly Vg **309** delegerit] Fb Ly diligit Vg We Vc diligerit Bb An Fi Na | erit] *omitted* Vg et *added* Ly Vg | hinc] erit et *added* Vgm | perniciēs] *gap* Na **310** pastorum] Fb Ly pastor Vg Bb An Fi Na We Vc **312** seminis] Fb femis Ly Fi Na feminis Vg Bb An We Vc | sparserimus] Fb Ly Vg sparsimus Bb An Fi Na We sparsius Vc | tacuerimus] non *added* An Na **314** metuendum] metandum An Fi | Proinde] Fb Bb We Vc metuendum est ergo Ly providendum Vg primum An Fi Na | sicut] sic Ly | leve] *omitted* Vg *added* Vgm **315** congruit] contrahit Bb An Fi Na

---

**300** quando 2o] X, V, 1, 17, col. 738 **301** cap Irrefragabili] X, I, 31, 13, col. 191 **305** glossa] Gloss, s.v. *ne sanguis eorum*, col. 410 **307** cap Nichil] c. 6, dis. 83, col. 294 **311** cap Dispensatio] c. 5, dis. 43, col. 156 **312** 've...tacuerimus'] 1 Corinthians 9: 16

Item, Gregorius, ut legitur dist. 43, cap. *Sit rector*, ait: "sicut incauta locutio in errorem detrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errorem derelinquit. Sepe namque rectores improvidi, humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt".

32 Cui concordat Hieronimus, ut legitur dist. 45, cap. *Sed illud*, dicens: "Sed illud non otiose transcurrendum est, quod uno peccante ira super omnem populum venit. Hoc quomodo accidit? Quando sacerdotes, qui populo presunt, erga delinquentes benivoli videri volunt, et verentes peccantium linguas, ne forte male de eis loquantur, sacerdotalis severitatis immemores nolunt complere quod scriptum est 'peccantem coram omnibus argue'". Et infra: "dum uni parcut, universe ecclesie moliuntur interitum. Que ista bonitas, que ista misericordia est, uni parcere, et omnes in discrimen adducere?"

33 Item, Anacletus, ut legitur dist. 43, cap. *Scimus*, ait: "Scimus autem, multos ob id infestare doctores suos, ut eos perdant, et proprie voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen doctores (in quantum vires suppetunt) a recta emulatione et bona intentione recedere debent, scientes, quia beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam".

33 Item, Leo papa, ut habetur 24 q. 3, cap. *Illud sane*, ait: "Illud sane plurimum michi displicere significo, quod interdictionis tue clericos quidam esse dicuntur, qui adversariorum convenient pravitati, et vesanie vasis misericordie vasa misceantur. Quibus investigandis et severitate congrua coercedis debet diligentia tua vigilanter insistere ita, ut his, quibus prodesse correctio non

316 cap...rector] Kn omitted Ww | ait] omitted An | incauta] incata Vg (incauta Vgm) omitted Bb  
 317 errorem] errore An Fi erroret We | ita] .i. An | erudiri] erud' Bb 318 derelinquit] delinquitur  
 Vg | namque] doctores added Ly Vg Bb An Fi Na 319 gratiam] Fb We Vc gloriam Ly Vg Bb An  
 Fi Na 321 peccante] peccatore We | ira] Dei added Ww 322 Quando] quō An 323 et] illi  
 added Ww 324 loquantur] loquuntur Vg An 325 'peccantem] peccatem Vc | coram] turbam An  
 Fi 326 bonitas] Fb misericordia est Ly Vg Bb Fi Na We Vc minima est An | ista<sup>2</sup>] ita An  
 327 misericordia est] Fb bonitas Ly Vg Bb An Fi Na Vc benignitas We | parcere] Fb We Vc  
 proficere Ly Vg Bb An Fi Na | et] omitted Bb | adducere] adducuntur An Fi Na 328 Anacletus]  
 anaclerus Na 329 id] illud Ly Vg Fi | voluntatis] vo<sup>tes</sup> Bb latis Fi 331 emulatione] amulatione Ly  
 Vg Bb | intentione] intemptione We | debent] dei Vg (debent Vgm) | quia] Fb Ly An Fi Na quod  
 Vg Bb We Vc | qui] per An Fi Na 333 Illud<sup>1</sup>] id Vg 334 displicere] dispicere Bb An Na | quod]  
 et added Vg Bb est An Fi Na We Vc | clericos] clerici Ly Vg | dicuntur] dicunt An Na  
 335 convenient] Fb Ly conveniunt Vg Bb An Fi Na We Vc | misericordie] mīe Ly Vg An Na  
 336 severitate] severitatem An | debet] que Na 337 diligentia] dili<sup>na</sup> An | tua] tela Fi | vigilanter]  
 vīgat An | ita] omitted Ww

316 Sit rector] c. 1, dis. 43, col. 153 320 Sed illud<sup>1</sup>] c. 17, dis. 45, col. 166

325 'peccantem...argue'] 1 Timothy 5: 20 | Et infra] c. 17, dis. 45, col. 166 328 cap Scimus] c. 3,  
 dis. 43, cols. 155-156 333 Illud sane<sup>1</sup>] c. 34, C. 24, q. 3, col. 999

proderit, non parcat abscisio. Oportet enim nos evangelici meminisse mandati, quod ab Ipsa Veritate precipitur, ut, si nos oculus aut pes, aut dextera scandalizaverit manus, a conpage corporis auferatur, quia melius sit his in seculo carere membris, quam cum ipsis in eterna supplicia ire. Nam superfluo extra ecclesiam positus resistimus, si ab his qui intus sunt, in eis, quos decipiunt, vulneramur. Abicienda prorsus pestifera hec a sacerdotali vigore patientia est, que sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit".

Item, Gregorius in Registro, ut legitur Extra, *De regulis iuris*, cap. *Quamvis*, ait: "non potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, et pastor nescit".

Item, Cornelius papa, ut habetur dist. 47, cap. *Quod ad nos*, ait: "Quod ad nos adinet, conscientie nostre convenit, semper dare operam, ne quis culpa nostra de ecclesia pereat".

**Discipulus:** Plures allegasti auctoritates ex quibus accipere nescio argumentum ad probandum quod episcopi et prelati debent cohercere sequaces pseudopape heretici. Quare, da michi vias quibus omnes auctoritates ad propositum valeam applicare.

**Magister:** Tribus propositionibus tanquam certis suppositis, satis patenter potest conclusio suprascripta ex auctoritatibus allegatis inferri. Quarum prima est quod non minus debent episcopi et prelati corrigere hereticos sibi subiectos quam alios criminosos. Secunda est quod prelati et episcopi omnes sibi subiectos hereticos et catholicos debent per se vel per alios de veritate fidei informare (Extra, *De officio iudicis ordinarii*, cap. *Inter cetera*), quod maxime veritatem habet quando heretici greges prelatorum a veritate nituntur avertere. Tertia est quod sequaces pape heretici per hoc quod sunt sequaces pape heretici a iurisdictione episcoporum et prelatorum minime sunt exempti, cum ipsemet

338 parcat] pereat Vg (parcat Vgb) appareat An | Oportet] et added Ly | nos] Fb Vg We Vc vos Ly Bb An Fi Na | evangelici] ewan<sup>ci</sup> Vg | mandati] mandat Bb 339 ab] absque An | precipitur] preci<sup>ur</sup> Bb prescitur Na | nos] Fb Bb We Vc vos Ly Vg An Fi Na | aut<sup>2</sup>] omitted An | dextera] Fb We Vc dexteram Ly Vg Bb An Fi Na 340 scandalizaverit] scandalizat We | conpage] Fb Ly compage Vg Bb An Fi Na We Vc | quia] quare We 341 superfluo] superflue We 342 quos] Fb Vg Bb We Vc quod Ly An Fi Na 343 est] Fb omitted Ww 346 pastoris] pastorum Ly Vg 347 papa] We Vc omitted Ly Vg Bb An Fi Na | Quod<sup>1</sup>] quo Ly quid We Vc | ait...nos] omitted Ly | Quod<sup>2</sup>] quid We Vc 348 adinet] Fb pertinet Ww 352 vias] via An | omnes] omitted Ly Vg 354 tanquam] gap Na | patenter] omitted Ly 356 est] hec added Ly | debent] deberent Ly Vg 357 quam...subiectos] omitted Bb | quod] omnes added Ly Vg 358 et] vel Ly | alios] non criminosos added Ly criminosos added Vg 359 quod...361 quod<sup>1</sup>] omitted Bb 361 per] Bb We Vc propter Ly Vg An Fi Na | quod<sup>2</sup>...heretici] omitted Ly | sunt] omitted Vg

345 cap Quamvis] X, V, 41, 10, col. 928 347 Quod<sup>1</sup>...nos] c. 10, dis. 47, col. 173 359 Inter cetera] X, I, 31, 15, col. 192

papa hereticus propter hoc quod sit hereticus iudicio catholicorum reddatur subiectus.

### Capitulum 39

**Discipulus:** Nunc michi apparet quod, ex omnibus auctoritatibus tam scripture divine quam sanctorum patrum prescriptis, scio sumere argumentum ad probandum quod episcopi et prelati sequaces pseudopape heretici cohercere tenentur, si possunt. Ideo nunc dic qua pena, si episcopi et prelati sequaces pseudopape heretici neglexerint cohercere, sint merito percellendi.

**Magister:** Respondetur quod sint excommunicationis vinculo alligati, ac etiam ab officio suspendendi, et ab episcopali officio et omni alio deponendi.

Quod sint excommunicationis vinculo innodati patet, quia sunt fautores et hereticorum quos non corrigunt et castigant, cum debent, et etiam heretice pravitatis, quam de suis iurisdictionibus non extirpant. Tales enim fautores sunt excommunicationis sententia innodati (*Extra, De sententia excommunicationis, cap. Noverit, et Extra, De hereticis, cap. Excommunicamus*).

Sunt etiam ab officio suspendendi, nam non minus est ab officio suspendendus qui non impugnat hereticos sequaces pseudopape heretici, quam qui non impugnat fornicatores. Sed episcopus qui non impugnat fornicatores est ab officio suspendendus, teste Gregorio, qui, ut legitur dist. 83, cap. *Si quis*, ait: "Si quis episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, vel crimen incestus in sua parochia precio vel precibus interveniente consenserit, vel commissum auctoritate sui officii non impugnaverit, ab officio suspendetur". Ergo episcopus qui hereticos sequaces pape heretici non impugnat, multo fortius est ab officio suspendendus.

Quod vero episcopi qui tales non cohercent sint ab episcopali officio deponendi, testatur concilium generale sub Innocentio tertio celebratum in quo, ut habetur *Extra, De hereticis, capitulo Excommunicamus 1<sup>o</sup>* sic legitur: "si quis

363 propter] per Vg 4 pseudopape] seudopape Bb 6 pseudopape] pape Bb 7 vinculo] omitted Bb | ac] omitted Ly An 8 etiam] et Ly | et<sup>1</sup>...officio] omitted An | ab<sup>2</sup>] omitted Bb omni added Vg | et<sup>2</sup>] ab added Ly enim added An | omni alio] aliud An 9 quia] cum Ly | sunt] sint Ly | et] Vg Bb An Fi omitted Ly Na We Vc cancelled Vgb 10 non] omitted Na 13 Excommunicamus] 1<sup>o</sup> added Fi Na 2<sup>o</sup> added An We Vc 14 nam] quia Ly Vgm omitted Vg 15 pseudopape] seudopape Bb 16 impugnat<sup>1</sup>] impugnant Ly Vg | episcopus] omitted Ly epn'sVg 17 83] 38 Vc 19 precibus] precedentibus Vg (prece Vgb) | consenserit] Fb Vc concesserit Ly Vg Bb Fi Na We contempserit An 20 auctoritate] auctoritates Bb | sui] omitted Ly Vg

13 cap Noverit] X, V, 39, 49, col. 910 | cap Excommunicamus] X, V, 7, 15, col. 789 17 Si quis] c. 1, dis. 83, col. 293 25 capitulo Excommunicamus] X, V, 7, 15, col. 789

enim episcopus super expurgando de sua diocesi heretice pravitatis fermento negligens fuerit vel remissus, cum id certis indiciis apparuerit, et ab episcopali officio deponatur, et in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit et possit hereticam confundere pravitatem". Quibus verbis clare asseritur quod episcopus negligens suam diocesim de pravitate heretica expurgare est penitus deponendus. Quare, cum sequaces pape heretici a iurisdictione episcoporum nullatenus sint exempti, episcopus qui eos non cohercet est omnino deponendus. 30

**Discipulus:** Verba concilii generalis non sunt intelligenda de episcopo non cohercente sequaces pape heretici, quia talis episcopus non est deponendus, quia non est deponendus a papa, cum papa hereticus talem episcopum magis confirmaret, nec ab aliquo alio archiepiscopo, vel primate, vel patriarcha, quia nullus eorum potest episcopum ab officio episcopali deponere. 35

**Magister:** Respondetur quod episcopus qui negligit sequaces pape heretici cohercere deponendus est a papa catholico quandocumque fuerit canonice ad papatum assumptus, unde accusandus est a catholicis coram papa catholico quando fuerit, et papa catholicus ipsum habet deponere. 40

**Discipulus:** Quid facient interim subditi talis episcopi.

**Magister:** Respondent quidam quod subditi vitabunt ipsum tanquam hereticum, et expectabunt papam futurum catholicum qui deponet eum, unde idem facient de tali episcopo quod facerent de episcopo qui, propter abnegationem spontaneam fidei vel propter occisionem alterius episcopi vel sacerdotis, manifeste et publice incurreret excommunicationis sententia. 45

#### **Capitulum 40**

**Discipulus:** Dic breviter et in summa quid, secundum priorem sententiam, episcopis esset agendum, si in suis diocesibus sequaces pape heretici doctrinam eius erroneam predicarent, docerent, et tanquam catholicam divulgarent.

**Magister:** Respondetur quod si episcopo per famam constiterit quod papa in hereticam inciderit pravitatem, dubitare debet ne aliqui de grege suo perfidiam 5

---

26 enim] Fb autem Ww 27 id] Fb Bb We Vc illud Ly Vg An Fi Na | et] omitted We 29 asseritur] videtur asserere Ly Vg | episcopus] ipse Na 31 deponendus] depo<sup>da</sup> Fi | Quare...deponendus] omitted Vc 32 cohercet] cohercet Fi 34 deponendus] a papa added Ly | quia<sup>2</sup>...deponendus] omitted Vg (added Vgm) | quia<sup>2</sup>...papa] omitted Ly 35 cum] quia Ly Vg 39 quandocumque] quandoque An quandocun We 41 quando] et qui Ly Vg | et] omitted Ly Vg 43 ipsum] eum An episcopum We Vc 44 qui] quod An | deponet] deponet Bb deponeret An We | unde] omitted Ly 45 de<sup>2</sup>] omitted An 46 occisionem] occasionem Ly Vg 3 esset] est Ly Vg 5 constiterit] constaret Vc 6 inciderit] incidit Vc | ne] non Na | aliqui] We Vc aliquis Ly Vg An Fi aliquid Bb garbled Na

pape sequantur. Quia pusillanimes et ambitiosi, quorum magnus imo forte  
 infinitus est numerus, errorem capitibus, vel ut placeant vel ne displiceant, de facili  
 amplectuntur, iuxta illud Ecclesiastici 10: "secundum iudicem populi sic et  
 10 ministri eius, et qualis rector est civitatis tales et inhabitantes", et iuxta illud  
 quod scribitur 6 q. 1, cap. *Sunt plurimi*, § *Verum*: "capite languescente facilius  
 reliqua corporis membra inficiuntur, sicut scriptum est 'omne caput languidum,  
 et omne cor merens; a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas'", et  
 15 ita, pape labe heretica maculato, timendum est ne plurimi labe consimili  
 inficiantur. Quare, cum episcopus officium gerat speculatoris, cuius est  
 diligentissime circumspicere ne hostes appropinquent, sollicite debet inquirere  
 an fama de perfidia pape heretici contineat veritatem, et qua heresi est infectus.

Qua comperta, scrutari per se et per alios debet attente qualiter fidei obviet  
 orthodoxe. Quo facto, non segniter investiget an aliqui heresim pape in gregem  
 20 suum introducere moliantur, presertim si fama est quod aliqui in sua diocesi  
 doctrinam pape heretici imitantur, docent, publicant, predicant et divulgant  
 tanquam catholicam et tenendam, iuxta preceptum Innocentii tertii qui, ut  
 habetur Extra, *De hereticis*, cap. *Excommunicamus 1<sup>o</sup>*, ait: "adiicimus insuper,  
 ut quilibet archiepiscopus vel episcopus per se aut per archidiaconum suum, aut  
 25 alias honestas idoneasque personas, bis aut saltem semel in anno propriam  
 parochiam, in qua fama fuerit hereticos habitare, cirmumeat, et ibi tres vel  
 plures boni testimonii viros, vel etiam, si expedire videbitur, totam viciniam  
 iurare compellat, quod, si quis ibidem hereticos sciverit, vel aliquos occulta  
 conventicula celebrantes, seu a communi conversatione fidelium vita et moribus

7 sequantur] We Vc sequatur Ly Vg Bb An Fi Na | magnus] magna An 8 ne] ut non Ly  
 10 ministri] minister Vc | et<sup>1</sup>] est Na | est] omitted An Fi Na | et<sup>2</sup>] omitted Ly Vg | inhabitantes]  
 habitantes We in ea added Ww | et<sup>3</sup>] omitted Ly 11 scribitur] in decretis added We Vc | Sunt  
 plurimi] Ly omitted Vg Bb An Fi Na We Vc | §] omitted An Fi Na | facilius] Fb facile Ww  
 13 non...sanitas'] Fb We Vc capi etc. Ly etc. Vg Bb Fi Na omitted An 14 plurimi] Bb Vc  
 populum Ly Vg An Fi Na We 15 inficiantur] inficiat Ly Vg | gerat] gerit Ly 17 heresi] heresim  
 An Fi 18 comperta] comperata Bb 9p<sup>c</sup> ta An Na | obviet] obvient Ly Vg 19 non segniter] Bb We  
 Vc consequenter Ly Vgm non se ge Vg non se gerere An non se gerat Fi non seg[*gap*] Na  
 investiget] innestiget Vg 20 moliantur] moliat An Fi 21 imitantur] Ly Na We Vc imitantes Vg  
 imitentur Bb An Fi et Vc | publicant] et added Ly Vg | et] vel We Vc 22 ut habetur] omitted Bb  
 23 1o] omitted Ly Bb An 24 ut] quod Ly Vg | suum] omitted Ly Vg | aut<sup>2</sup>] per added Ly Vg  
 25 honestas idoneasque] Fb idoneas et honestas Ly Vg An Fi Na idoneas vel honestas Bb idoneas  
 honestasque We Vc | saltem] omitted Na 26 cirmumeat] circuerat Bb circueant An Fi  
 27 testimonii] testi<sup>m</sup> Bb | vel] et Ly ut Vg | viciniam] vicinam Bb 28 iurare] corrected to vitare  
 Vgb | hereticos] homines added Fi | aliquos] Fb alios Ww 29 conversatione] conversione An Na

9 Ecclesiastici 10] Ecclesiasticus 10: 2 11 § Verum] c. 11, C. 6, q. 1, col. 556 12 scriptum est]  
 Isaiah 1: 5-6 23 Excommunicamus 1o] X, V, 7, 13, cols. 788-789

discedentes, eos episcopo studeant indicare. Ipse autem episcopus ad presentiam 30  
 suam convocet accusatos, qui, nisi se ab obiecto reatu purgaverint, vel, si post  
 purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonicè  
 puniantur". Ex quibus verbis colligitur quod, si fama est quod in aliqua diocesi  
 sunt heretici sequaces pape heretici, episcopus debet eos cum diligentia debita 35  
 investigare, et contra eos procedere secundum quod ordo iuris requirit. Si autem  
 per se eos nequiverit coercere, auxilium invocet brachii secularis. Si enim  
 prelatus ecclesie pro defensione pauperum postulare debet auxiliumulare, ut  
 legitur 23 q. 3, cap. *Ab imperatore*, et q. 5 cap. *Administratores*, multo magis  
 pro defensione fidei Christiane contra hereticos sequaces pape heretici auxilium 40  
 ulare debet cum instantia postulare. Ad quod faciendum publice potestates  
 debent iuramento ligari, sicut legitur Extra, *De hereticis*, cap. *Excommunicamus*  
*1<sup>o</sup>*, § *Moveantur*.

Insuper, cum episcopi sciverint papam heretica pravitate respersum, circa  
 reprobationem errorum suorum per se vel per alios debent insistere diligenter, 45  
 tenenturque veritatem modis quibus possunt congruentibus publicare, et  
 quantum possunt manifeste et occulte auribus omnium inculcare, ac reges et  
 principes aliosque seculi divites et potentes sanctis exhortationibus et consiliis  
 animare, ut causam fidei defendant viriliter et potenter. Omnia predicta multis  
 modis, ut videtur, possent demonstrative probari.

**Discipulus:** Tange breviter aliqua media quibus prescripta probari appareant. 50

**Magister:** Argumenta ad probandum predicta fundantur in quattuor  
 propositionibus, quarum prima est quod episcopi et prelati nullam causam  
 debent magis defendere quam fidem Christi. Secunda est quod sine fide recta

---

**30** discedentes] decedentes Ly Vg descendentes Na | indicare] Fb We Vc intimare Ly Vg Na  
 intimari An Fi | presentiam] Fb We Vc provinciam Ly Vg Bb An Fi Na **31** accusatos] accusantes  
 Bb | se] Fb omitted Ww | ab] omitted Bb | reatu] se added Ww **33** verbis] omitted An **34** sunt]  
 sint Ly aliqui added Ly An | heretici<sup>1</sup>] omitted An We | heretici<sup>2</sup>] omitted Ly **35** contra] circa Vc  
**38** cap<sup>1</sup>] 4 Fi Maximianus et cap. added Ly | imperatore] imperatoribus Ly **40** seculari] Ly We  
 secularum Vg Bb An Fi Na secularium Vc | potestates] potestatis Ly omitted Fi **42** lo] Kn  
 omitted Ww **44** reprobationem] Bb We Vc reprobationem Ly Vg An Fi Na | errorum] erroneum  
 Bb | suorum] et added Vc | vel] et We **45** veritatem] contrariam added We Vc **47** consiliis]  
 consilii Bb **48** animare] animarum An | defendant] defendat Vc | viriliter] universaliter Ly  
 potenter] potentes Ly **49** videtur] habetur Ly | possent] possunt Ly **50** quibus] omitted Fi  
 prescripta] prescriptura An precepta Ox **52** quarum] quorum Bb | est] hec added Ly | causam] Ly  
 Vgm rem We Vc omitted Vg Bb An Fi Na

---

**38** Ab imperatore] c. 10, C. 23, q. 3, col. 898. The additional chapter cited in Ly (*Maximianus*) is c.  
 2, *ibid.*, col. 896. | *Administratores*] c. 26, C. 23, q. 5, col. 938 **42** *Moveantur*] X, V, 7, 13, col.  
 788

55 nullum est spirituale bonum proficiens ad salutem. Tertia est quod episcopi et  
prelati pro salute gregis debent animam suam ponere. Quarta est quod pro  
veritate usque ad mortem certare tenentur.

### Capitulum 41

5 **Discipulus:** Satis conicio quomodo ex his possunt accipi argumenta ad  
probandum illa que in capitulo precedenti sunt asserta, ideo illis obmissis circa  
episcopos et prelatos, tracta de illis qui impugnatores pape heretici et doctrine  
sue erronee molestarent, persequerentur, et graviter infestarent.

10 **Magister:** De talibus tenetur a multis quod sunt fautores heretice pravitatis.  
Si enim episcopi et prelati qui tacent et non corrigunt sequaces pape heretici  
sunt fautores heretice pravitatis, multo fortius episcopi et prelati qui ideo alios  
persequuntur quia pravitatem impugnant hereticam sunt inter fautores heretice  
15 pravitatis computandi. Sunt etiam tales proditores catholice veritatis et totius  
christianitatis. Nam si proditor est veritatis ille qui non libere veritatem  
pronunciat quam pronuntiare oportet (11 q. 3, cap. *Nolite*), multo fortius  
proditor est veritatis et totius christianitatis qui persequitur vel molestat  
defensores catholice veritatis quam papa hereticus reprobatur et confundit,  
persequitur et impugnat.

20 **Discipulus:** Quare episcopi et prelati non debeant persequi quoquo modo  
impugnatores pape heretici videtur ex tractatis supra libro sexto, ubi de  
impugnatoribus pape pro pravitate heretica defendendis dependere videtur. Si  
enim impugnatores pape heretici sunt a catholicis defendendi, non sunt ab eis  
aliquaqualiter impugnandi. Quare noli amplius hic probare quod episcopi et prelati,  
qui sciunt vel scire tenentur papam esse hereticum, impugnatores pape heretici  
non debent infestare. Sed dic qua pena episcopi et prelati qui impugnatores pape  
heretici persequuntur et infestant sunt merito feriendi.

25 **Magister:** Sunt quidam dicentes quod omnes tales pena fautorum heretice  
pravitatis sunt plectendi, ultra quam penam diversi pro diversis et specialibus

---

54 nullum] Ly Vg Bb We nullus An Fi Na Vc | salutem] et added Ly Vg 2 conicio] We Vc  
concupio Ly convinco Vg Bb An Fi Na 6 talibus] hoc added We Vc 7 Si...10 computandi]  
omitted Bb 8 multo...10 pravitatis] We Vc Ox omitted Ly Vg An Fi Na 12 multo] mol'to Bb  
14 veritatis] et totius christianitatis added Ly Vg 16 Quare] quod Ly Vg | debeant] debent Ly Vg  
Na 18 impugnatoribus] Bb Fi We Vc impugnantibus Ly Vg An Na | pape] papam Ly 20 noli]  
We Vc nolo Ly Vg Bb An Fi Na | probare] probari Ly Vg 22 non debent] omitted Vg (added  
Vgm) 23 sunt] sint We Vc

---

2 conicio] The early "convinco" might be a Freudian slip similar to the occasional "prescripta" i.o.  
"predicta". 12 cap Nolite] c. 86, C. 11, q. 3, col. 667 17 tractatis...sexto] 1 Dial. 6. 36-44, 50-54

modis persequendi et molestandi impugnatores pape heretici sunt diversis penis et specialibus percipiendi, quia pro diversis iniuriis eis illatis sunt inferentes diversimode puniendi. Contingit etiam eis iniuriari et in iudicio et extra iudicium multis modis, scilicet verbo et facto. Verbo quidem, sicut diffamazione, detractio, contumeliis, derisione, et maledictione. Facto etiam tam in iudicio quam extra iudicium contingit eis multas iniurias inferre, quia possunt spoliari rebus suis, officiis, et honoribus, et iterum possunt incarcerari, detineri, mutilari, et occidi. 30

**Discipulus:** Cerno quod multe iniurie secundum istam opinionem possunt impugnatoribus pape heretici per episcopos et prelatos inferri, de quibus quattuor tantum proseguere. Primo autem dic de spoliatio, sive rerum sive officiorum. 35

**Magister:** Respondetur quod si episcopi et prelati impugnatores pape heretici rebus vel officiis duxerint spoliandos, ultra penam fautorie heretice pravitatis ad restitutionem rerum et officiorum sunt astricti, quia omne iniustum ablatum debet restituti (14 q. 6, cap. 1). Unde et tales spoliatores illorum qui impugnant papam hereticum sunt raptores et predones censendi, quia nisi res ablatas restituerint, si possunt, sunt ecclesiastica sepultura privandi (Extra, *De raptoribus*, cap. *Super eo*). 40

**Discipulus:** Dic de diffamazione. 45

**Magister:** Dicitur quod, si episcopi et prelati quocunque modo, sive per se sive per alios, sive legendo sive publicando, processus pape heretici diffamatorios contra impugnatores errorum suorum, sive quocunque alio modo diffamaverint impugnatores eosdem, vocando eos hereticos vel schismaticos vel crimen aliud quodcumque quod non est probatum legitime eis imponendo, de necessitate salutis tenentur famam restituere eorumdem, dicendo publice si publice diffamaverint, vel occulte si occulte se falsum dixisse, quia non minus tenetur quis restituere famam quam iniuste abstulit alteri, quam rem aliquam 50

27 eis] *omitted* Vc 28 etiam] enim Ly Vc *omitted* We | in] *omitted* Bb We Vc 29 iudicium] et extra iudicium *added* We Vc | sicut] cum Ly sit Vg 31 inferre] inferri Ly 32 et<sup>2</sup>] *omitted* We Vc | iterum] item Vc | possunt<sup>2</sup>] possent Ly Vg 36 spoliatio] expoliatio Vc 39 fautorie] fautoriam Ly 41 14] 10 Ly gap Vg | 6] 1 Ly | cap 1] *omitted* Ly 42 quia] item Bb quare We Vc 43 possunt] potuerint We Vc 46 quod] *omitted* An | si] *omitted* Na | quocunque] quoquo Ly Vg 48 diffamatorios] We Vc diffamatoris Bb diffama<sup>is</sup> Fi defendendo Ly Vg diffamare An Na 49 diffamaverint] diffamaverunt Ly 50 eis] Ly Vg *omitted* Bb An Fi Na We Vc | imponendo] *omitted* Vg (*added* Vgm) 52 diffamaverint] diffamaverunt Ly diffamaverit Fi | si occulte] *omitted* Bb Fi 53 abstulit] abstudit Vc

41 cap 1] c. 1, C. 14, q. 6, col. 742 (*Si res aliena*) 44 Super eo] X, V, 17, 2, col. 808

55 temporalem ablatam iniuste, cum fama sit temporalibus rebus preciosior. Et  
ideo, sicut nunquam est extra peccatum mortale qui non restituerit rem alterius  
quam abstulit iniuste, si potest, ita semper est in peccato mortali qui famam  
alterius abstulit vel denigravit iniuste, et non restituerit, si potest. Sed prelati  
diffamantes impugnatores pape heretici abstulerunt famam eorum iniuste. Ergo  
eandem famam eis restituere de necessitate salutis sunt astricti.

60 **Discipulus:** Dic de violentia.

**Magister:** Dicitur quod si impugnatores pape heretici sunt clerici vel  
religiosi, quicumque in eos manus iniciunt violentas, capiendo, detinendo,  
incarcerando, vel quocunque alio modo, sententiam excommunicationis  
incurrunt, et ab eodem sunt absolventi a quo absolventi essent si ex alia causa  
65 in eosdem manus inicerent violentas. Et propter idem, quicumque sunt in  
potestate constituti et eosdem non defendunt, sententiam excommunicationis  
incurrunt (Extra, *De sententia excommunicationis*, cap. *Quante*).

**Discipulus:** Dic de morte.

**Magister:** Dicitur quod quicumque episcopus vel alius, sive fuerit legatus  
70 sive alio quocunque fungens officio, impugnatores pape heretici propter hoc  
curie tradiderit seculari, vel aliquid aliud fecerit vel mandaverit, aut ratum  
habuerit, ex quo sequitur mors alicuius impugnatoris pape heretici, irregularis  
efficitur, et omnem penam incurrit quam incurreret si manibus propriis  
occidisset innocentem.

75 Hoc probatur sic. Qui causam proximam dat homicidio irregularis efficitur,  
teste Alexandro tertio qui, Extra, *De homicidio*, cap. *De cetero*, ait: "De cetero  
noveris, quod diaconus, qui homicidio causam dedisse videtur, non videtur ad  
sacrum sacerdotium promovendus". Qui autem impugnatores pape heretici  
tradit curie seculari, vel aliquid aliud facit aut mandat fieri ex quo sequitur mors

54 iniuste] iniute An | rebus] omitted Ly 55 restituerit] restituit Vg We Vc 56 ita] ista An  
57 abstulit] abstul<sup>t</sup> Fi | denigravit] denigrat Ly denigrav<sup>t</sup> Fi denigraverit Vc | et] si added Ly Vg Bb  
An Fi Na | restituerit] resti<sup>it</sup> Fi restituit We 58 abstulerunt] auferunt We Vc | eorum] illorum Ly  
59 astricti] abstricti Bb An Fi 60 Dic] omitted An 62 eos] omitted Bb | iniciunt] Bb An We Vc  
iniecerit Ly Vg Fi Na 63 excommunicationis] excommunicatio An 64 incurrunt] incurret An Na  
65 inicerent] Bb Fi We Vc iniecerint Ly iniecerent Vg An Na 66 eosdem] eisdem Ly  
67 incurrunt] ieêê Bb 69 quod] si added We Vc 70 alio] alius An Na 71 curie] omitted An Fi  
Na 72 impugnatoris] impugnatore An | irregularis] irregulares Bb irregulare An 73 incurrit]  
incur<sup>t</sup> An Fi 74 occidisset] occideret We occiderit Vc 75 proximam] Ly Vg Bb Fi propriam An  
Na We Vc 77 causam] proximam added Ww 78 sacrum] Fb omitted Ww (*cancelled?* An)  
79 tradit] trad<sup>t</sup> An Fi | aliud] omitted Vc

67 cap Quante] X, V, 39, 47, col. 909 76 De cetero<sup>1</sup>] X, V, 12, 11, col. 797

corporalis, dat causam proximam homicidio. Ergo irregularis efficitur, et 80  
omnem penam incurrit quam homicide incurrun.

**Discipulus:** Per istam rationem omnis prelatus qui quemcunque clericum  
hereticum vel alium tradit curie seculari irregularis efficitur, quia causam  
proximam dat homicidio. Sed constat quod tales non efficiuntur irregulares,  
ergo ista ratio non procedit. 85

**Magister:** Ad hoc in simili glossa Extra, *De homicidio*, cap. *Continebatur*,  
respondere videtur, ubi rationem assignat quare unus ex cuius ludo secuta est  
mors irregularis efficitur, et alius ex cuius ludo etiam mors secuta est irregularis  
non fit. Unde, obiciens contra illud quod continetur in capitulo *Continebatur*  
super verbo *Romani Pontificis*, ait: "Infra capitulo proximo contra. Ibi libere 90  
promovetur ad ordines superiores, hic non sine licentia pape. Et idem casus  
videtur. Quid ergo fines fecit diversos?" Et respondens ait: "solutio: hic dabat  
operam illicite rei ludendo cum laico, quod non licet. Vel si etiam licitum  
fuisset, non adhibuit diligentiam quam debuit: quia cum sciret ludi 95  
consuetudinem, non removet falcem a se, unde fuit in culpa, quare promoveri ad  
superiores ordines non debet sine licentia pape, ut hic dicit, et in capitulo  
sequenti ludebat cum clerico, et licito ludo: et de illo cultello non sperabatur  
aliquod mortale, et ille potius ingessit se, proiciendo alium ad terram: et sic non  
fuit in culpa". Ex quibus verbis colligitur quod si clerici dant operam rei licite et 10  
debitam diligentiam adhibent, quamvis ex facto eorum mors sequatur,  
irregularitatem nequaquam incurrun.

Si vero clericus dederit operam rei illicite, vel dando operam rei licite  
diligentiam debitam non adhibuit, si ex opere suo mors sequatur, irregularis  
efficitur. Cum ergo episcopi et prelati tradendo impugnatores pape heretici

---

81 homicide] homicida Ly Vg | incurrun] incurreret Ly Vg incurret An 83 tradit] trad<sup>t</sup> Fi  
87 unus] eorum added Fi | secuta est] Bb Na We Vc sequitur Ly Vg An Fi 89 illud] per id added  
Ly Vgb | continetur] habetur Ly Vgb 90 Romani Pontificis] Kn rationem Ly Vg Bb An Fi Na  
rationi We Vc | Infra] primo Vg 91 promovetur] promovens Ly | hic] omitted Vg | non] garbled  
Vg 92 videtur] Gloss We Vc Vgm omitted Ly Vg Bb An Fi Na | solutio] solum Ly 93 ludendo]  
bibendo Vg An Na 95 consuetudinem] Gloss conditionem Ww | removit] reliquit Ly Vg  
96 ordines] Gloss Vc omitted Ly Vg Bb An Fi Na We | et] Gloss omitted Ww 97 ludebat]  
ludebant Bb An Fi Na 98 ille] i<sup>o</sup> An 100 adhibent] adhiberent Ly Vg 101 irregularitatem] se<sup>r</sup>  
An Na | nequaquam] irregularitate Bb Fi 103 debitam] debitum An | adhibuit] adhibet We Vc  
104 impugnatores] impugnatores Ly Vgb

---

86 cap Continebatur] X, V, 12, 8, col. 796 90 Romani Pontificis] Gloss, s.v. *Romani Pontificis*,  
col. 1703

10 curie seculari dent operam rei illicite, quia non licet eis quomodolibet molestare  
impugnantes hereticam pravitatem, si mors secuta fuerit, irregularitatem  
incurrunt. Episcopi vero et prelati, tradendo hereticos et quosdam alios  
malefactores curie seculari, non dant operam rei illicite, quia hoc incumbit  
11 eorum officio, et ideo, si debitam diligentiam adhibent, non efficiuntur  
irregulares, quamvis mors sequatur.

11

12

12

13

---

**105** seculari] non *added* Ly | dent] Ly Vg Bb We dant An Fi Na Vc | illicite] licite Ly  
**107** incurrunt] incurrant An Vc | vero] autem Ly Vgb **110** mors] mores Bb

